Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries
and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

8vo B.S. R.144

# EURIPIDIS

## ALCESTIS.

# ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ
## ΑΛΚΗΣΤΙΣ.

# EURIPIDIS
## ALCESTIS.

AD FIDEM MANUSCRIPTORUM

AC VETERUM EDITIONUM EMENDAVIT

ET ANNOTATIONIBUS

INSTRUXIT

JACOBUS HENRICUS MONK A.M.

COLLEGII SS. TRINITATIS SOCIUS

ET GRÆCARUM LITERARUM APUD CANTABRIGIENSES

PROFESSOR REGIUS.

ACCEDIT

*GEORGII BUCHANANI VERSIO METRICA.*

CANTABRIGIÆ

TYPIS AC SUMPTIBUS ACADEMICIS

EXCUDIT JOANNES SMITH.

M DCCC XVI.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

# ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

ΑΠΟΛΛΩΝ ᾐτήσατο παρὰ τῶν Μοιρῶν, ὅπως ὁ Ἄδμητος, τελευτᾷν μέλλων, παράσχῃ τινὰ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ τεθνηξόμενον, ἵνα ἴσον τῷ προτέρῳ χρόνῳ ζήσῃ· καὶ Ἄλκηστις ἡ γυνὴ ἐπέδωκεν ἑαυτὴν, μηδετέρου τῶν γονέων ἐθελήσαντος ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἀποθανεῖν. μετ' οὐ πολὺ δὲ, τῆς συμφορᾶς ταύτης γενομένης, Ἡρακλῆς παραγενόμενος, καὶ μαθὼν παρά τινος θεράποντος τὰ περὶ τὴν Ἄλκηστιν, ἐπορεύθη ἐπὶ τὸν τάφον· καὶ τὸν Θάνατον ἀποστῆναι ποιήσας, ἐσθῆτι καλύπτει τὴν γυναῖκα· τὸν δὲ Ἄδμητον ἠξίου λαβόντα τηρεῖν· εἰληφέναι δὲ αὐτὴν πάλης ἆθλον ἔλεγε· μὴ βουλομένου δὲ ἐκείνου, ἀποκαλύψας, ἔδειξεν ἣν ἐπένθει.

# NOTARUM EXPLICATIO.

B. MS. Parisiensis 2713. a Musgravio collatus.

D. MS. Paris. 2818. a Musgravio collatus.

E. MS. Paris. 2888. a Musgravio collatus.

Fl. Variantes lectiones MSti Florentini ab Is. Vossio collati, quas cum Musgravio communicavit Ruhnkenius.

P. Liber impressus in Bibliotheca Parisiensi, cum MSto collatus, unde varias lectiones exscripsit Musgravius.

Fragm. Fragmentum MS. Alcestidis in Museo Britannico.

Lasc. Editio Princeps, continens Medeam, Hippolytum, Alcestin, et Andromacham, quæ Florentiæ, cura Jani Lascaris, anno circiter 1496. literis majusculis impressa est.

Ald. Editio Aldi, Venetiis. anno 1503.

Herv. 1. 2. 3. Tres editiones impressæ apud Joannem Hervagium, Basiliæ: quarum prima prodiit anno 1537. altera anno 1544. tertia anno 1551.

Brub. Editio omnium rarissima, impressa Francofurti, apud Petrum Brubachium, sine anni nota; certe antiquior anno 1559.

Stibl. Editio Gaspari Stiblini. fol. Basil. 1562.

H. Steph. Tragœdiæ Selectæ. scil. Euripidis Hecuba, Iphigenia in Aul. Medea, Alcestis; Sophoclis Ajax, Electra, Antigone; et Æschyli Prometheus. Excudebat Henricus Stephanus: anno 1567.

Cant. Editio Gulielmi Canteri, Antwerp. 1571.

Port. Editio Æmilii Porti, apud Hieron. Commelinum. Heidelbergiæ. 1598.

## NOTARUM EXPLICATIO.

| | |
|---|---|
| P. Steph. | Editio Pauli Stephani. Genevæ. 1602. |
| Barn. | Editio Josuæ Barnes. Cantabrigiæ. 1694. repetita a Beckio. Lipsiæ. 1778. |
| Musgr. | Editio Samuelis Musgrave. Oxonii. 1778. |
| Kuinoel. | Alcestis: edidit Christianus Theoph. Kuinoel. Lipsiæ. 1789. |
| Wakef. | Alcestis; in Tragœdiarum Delectu, quem edidit Gilbertus Wakefield. Londini. 1794. |
| Wagn. | Alcestis: edidit Gottlob. Adolph. Wagner. Lipsiæ. 1800. |
| Gaisford. | Alcestis; cum variis lectionibus in usum Scholæ Regiæ Westmonasteriensis. Oxonii. 1806. |
| Matth. | Euripidis Tragœdiæ et Fragmenta, edente Augusto Matthiæ. Tomus primus, continens quinque priores fabulas, prodiit Lipsiæ, 1813. |
| Schol. | Scholia in Septem Euripidis Tragœdias ex antiquis exemplaribus ab Arsenio Archiepiscopo Monembasiæ collecta. Venetiis. 1534. |

## ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΠΟΛΛΩΝ.
ΘΑΝΑΤΟΣ.
ΧΟΡΟΣ.
ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.
ΑΛΚΗΣΤΙΣ.
ΑΔΜΗΤΟΣ.
ΕΥΜΗΛΟΣ.
ΗΡΑΚΛΗΣ.
ΦΕΡΗΣ.
ΘΕΡΑΠΩΝ.

# ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

## ΑΛΚΗΣΤΙΣ.

### ΑΠΟΛΛΩΝ.

Ω δώματ' Ἀδμήτει', ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ
θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι, θεός περ ὤν·

v. 1. 2. Ἀδμήτοι' Lascaris. Ἀδμήτεια Athenagoras, qui hoc distichon citat in Legat. pro Christian. p. 25. ed. HSt. indicante Barnesio. ἔτλην est *sustinui*, ut infra v. 589. verum de varia significatione verborum τολμᾷν et τλῆναι dicturus sum ad v. 285. Conferenda sunt initia Andromachæ et Electræ, ubi idem genus est compellationis ad quam in sequentibus non amplius respicitur: hoc observavit Seidlerus ad Electr. 1. Ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος, Ἰνάχου ῥοαὶ, Ὅθεν ποτ', ἄρας ναυσὶ χιλίαις Ἄρην, Εἰς γῆν ἔπλευσε Τρῳάδ' Ἀγαμέμνων ἄναξ. Androm. 1. Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις, Ὅθεν ποθ', ἕδνων ξὺν πολυχρύσῳ χλιδῇ, Πριάμου τύραννον ἑστίαν ἀφικόμην. Profecto haud infrequens est hujusmodi sive compellatio sive exclamatio: conf. Hippol. 749. Ὦ λευκόπτερε Κρησία Πορθμὶς, ἃ διὰ πόντιον Κῦμ' ἁλίκτυπον ἅλμας, Ἐπόρευσας ἐμὰν ἄνασσαν. 1124. Ὦ ψάμαθοι πολιήτιδος ἀκτᾶς, Δρυμός τ' ὄρειος, ὅθι κυνῶν Ὠκυπόδων μέτα θῆρας ἔναιρεν, Δίκτυνναν ἀμφὶ σεμνάν. Soph. Electr. 201.

2. Dixit Euripides θῆσσαν τράπεζαν, ut in Electr. 205. θῆσσαν ἑστίαν, pro θητικὴν vel μισθωτικήν. Photius et Suidas, huc respicientes, exponunt θῆσσαν· μισθωτικὴν, ἢ εὐτελῆ, ἢ δουλικὴν τροφήν. Hesychius θῆσσαν· δουλικήν. Monet Scholiasta Apollonii Rhod. I. 193. velut a Κρὴς, Κρῆσσα, ita a θὴς, θῆσσα formari. De αἰνεῖν significante *to assent to, acquiesce in*, quædam notavimus ad Hippol. 37. Exempla videas in hac fabula vv. 12. 541. Orest. 776. Med. 1154.

Ζεὺς γὰρ, κατακτὰς παῖδα τὸν ἐμὸν, αἴτιος,
Ἀσκληπιὸν, στέρνοισιν ἐμβαλὼν φλόγα·
οὗ δὴ χολωθεὶς, τέκτονας δίου πυρὸς
κτείνω Κύκλωπας· καί με θητεύειν πατὴρ
θνητῷ παρ' ἀνδρὶ, τῶνδ' ἄποιν', ἠνάγκασεν.

Suppl. 388. Electr. 1247. Æsch. Pers. 648. Eumen. 472. αἰνέσαι· εὐαρεστῆσαι, καταδέξασθαι Schol. Vid. Jacobs. Animadv. p. 27. θῆσαν Lasc. et Phot. Lex.

3. Hanc rem iterum respicit v. 127. Δμάθεντας γὰρ ἀνίστη, Πρὶν αὐτὸν εἷλε διόβολον Πλᾶκτρον πυρὸς κεραυνίου. Virgil. Æn. VII. 770. de Hippolyto luci reddito— *Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ, Ipse repertorem medicinæ talis et artis Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit in undas.* Historias, quas de Æsculapio tradiderunt veteres, fuse recenset Heynius Observ. ad Apollodorum p. 276. seq. Hunc et sequentem versum laudat Clemens Alexandrinus p. 18. D.

5. Similis est ellipsis τοῦ ἕνεκα in Orest. 741. ἴσως σοι θυγατέρος θυμούμενος. Herc. Fur. 528. 1114. Homer. Il. A. 429. Χωόμενον κατὰ θυμὸν ἐϋζώνοιο γυναικός. Π. 320. κασιγνήτοιο χολωθείς. Φ. 457. Μισθοῦ χωόμενοι, τὸν ὑποστὰς οὐκ ἐτέλεσσε. Cyclopum descriptionem videas apud Hesiod. Theog. 139. Virg. Æn. VIII. 424.

6. θητεύειν· Phot. [ἐπὶ] μισθῷ ἐργάζεσθαι. Pariter Hesychius, Suidas, et Scholiasta Homeri Il. Φ. 443. ubi Neptunus ait, ὅτ' ἀγήνορι Λαομέδοντι Πὰρ Διὸς ἐλθόντες θητεύσαμεν εἰς ἐνιαυτὸν Μισθῷ ἐπὶ ῥητῷ. Verbum occurrit in Hom. Odyss. Λ. 488. Σ. 356. Nostri Cycl. 77. Soph. Œdip. Tyr. 1029. Ποιμὴν γὰρ ἦσθα, κἀπὶ θητείᾳ πλάνης; Huc respexit Strabo X. p. 687. Ἀδμήτου δ' ἵδρυμα λέγεται τὸ ἱερὸν, παρ' ᾧ θητεῦσαι λέγουσι τὸν θεὸν αὐτῷ, πλησίον τοῦ πορθμοῦ. hoc indicavit Wakefieldius. Kuinoel. affert Orph. Arg. 174. Panyasis apud Clem. Alexandr. p. 22. D. Τλῆ μὲν Δημήτηρ, τλῆ δὲ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις, Τλῆ δὲ Ποσειδάων, τλῆ δ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων Ἀνδρὶ παρὰ θνητῷ θητεύσεμεν εἰς ἐνιαυτόν. ubi corrigendum θητευέμεν. Imitatur Homerum Il. E. 385.

7. τῶνδ' ἄποινα accusativus est disjunctus et seorsim accipiendus, qualis infra v. 363. ψυχρὰν μὲν— τέρψιν. Hujusmodi constructionis, in qua ipsam, quæ præcedit, sententiam respicit accusativus, exempla sint Orest. 1103. Ἑλένην κτάνωμεν, Μενέλεῳ λύπην πικράν. Phœn. 351. Androm. 291. Herc. F. 59. 355. 427. Electr. 231. ubi

ἐλθὼν δὲ γαῖαν τήνδ᾽, ἐβουφόρβουν ξένῳ,
καὶ τόνδ᾽ ἔσωζον οἶκον εἰς τόδ᾽ ἡμέρας.
ὁσίου γὰρ ἀνδρὸς ὅσιος ὢν ἐτύγχανον,
παιδὸς Φέρητος, ὃν θανεῖν ἐῤῥυσάμην,
Μοίρας δολώσας· ἤνεσαν δέ μοι θεαὶ,
Ἄδμητον Αἴδην τὸν παραυτίκ᾽ ἐκφυγεῖν,
ἄλλον διαλλάξαντα τοῖς κάτω νεκρόν.

distinguendum, Εὐδαιμονοίης· μισθὸν ἡδίστων λόγων. 1232. 1260. Ἀλιῤῥόθιον ὅτ᾽ ἔκταν᾽ ὠμόφρων Ἄρης, Μῆνιν θυγατρὸς ἀνοσίων νυμφευμάτων, Πόντου κρέοντος παῖδ᾽. In Soph. Œd. T. 720. recte legitur in Aldina Κἀνταῦθ᾽ Ἀπόλλων οὔτ᾽ ἐκεῖνον ἤνυσε Φονέα γενέσθαι πατρὸς, οὔτε Λάϊον, Τὸ δεινὸν οὐφοβεῖτο, πρὸς παιδὸς θανεῖν.

8. Ἐλθὼν δ᾽ ἐς αἶαν Athenagoras, qui vv. 7. 8. citavit in Legat. p. 25. et hoc sine causa prætulit Wakefield. Præpositio post verba motum significantia passim supprimitur. Infra v. 589. μηλονόμας fuisse dicitur Apollo.

9. Eadem phrasis Phœn. 1101. Ζῇ σοι ξυνωρὶς εἰς τόδ᾽ ἡμέρας τέκνων.

10. Ita Musgravius e MSS. et Lasc. Aldus ἐτύγχανε.

11. ἐρυσάμην Lasc. Usitatior structura esset, ὃν ἐῤῥυσάμην μὴ θανεῖν, ut in Orest. 591. Εἰ μὴ κελεύσας ῥύσεταί με μὴ θανεῖν. Electr. 540. αὐτὸν ἐξέκλεψα μὴ θανεῖν. Omittitur tamen particula in Nostri Phœn. 609. Κομπὸς εἶ, σπονδαῖς πεποιθὼς, αἵ σε σώζουσιν θανεῖν. Simile est, quod post verba prohibendi et negandi particulam, quæ plerumque exprimitur, nonnunquam omiserunt veteres: Androm. 44. ἤν με κωλύσῃ θανεῖν. Herc. F. 317. Θανεῖν ἐρύκει μ᾽. Vid. Hermann. ad Viger. p. 777. §. 271.

12. Infra v. 33. Μοίρας δολίῳ Σφήλαντι τέχνῃ; Quibus autem artibus Parcas deceperit Apollo, discas ex Æschylo Eumen. 730. modo recte legatur is locus: Chorus scilicet Admeti fata proferens, ita Deum incusat: Σύ τοι, παλαιὰς δαίμονας καταφθίσας Οἴνῳ, παρηπάτησας ἀρχαίας θεάς. De significatione v. ἤνεσαν, vid. supra v. 2.

13. ᾄδην Ald. et Edd. præter Lasc. qui Ἅιδην et παρ᾽ αὐτίκ᾽. Αἴδην τὸν παραυτίκα, *instantem mortem*: in qua locutione nihil est quod reprehendas; Αἴδης enim simpliciter pro *morte* dictum est in Hippol. 1050. Ταχὺς γὰρ Αἴδης ῥᾷστος ἀνδρὶ δυστυχεῖ. 1363. Προῦπτον ἐς Αἴδην στείχω κατὰ γῆς. Iph. T. 486. Αἴδην ἐγγὺς ὄντ᾽. Soph. Œd. C. 1439. Æsch. Agam. 676. Αἴδην πόντιον πεφευγότες.

πάντας δ' ἐλέγξας καὶ διεξελθὼν φίλους,
πατέρα, γεραιάν θ', ἥ σφ' ἔτικτε, μητέρα,
οὐχ εὗρε, πλὴν γυναικὸς, ὅστις ἤθελε,
θανὼν πρὸ κείνου, μηκέτ' εἰσορᾷν φάος·
ἣ νῦν κατ' οἴκους ἐν χεροῖν βαστάζεται
ψυχοῤῥαγοῦσα· τῇδε γάρ σφ' ἐν ἡμέρᾳ
θανεῖν πέπρωται, καὶ μεταστῆναι βίου.
ἐγὼ δὲ, μὴ μίασμά μ' ἐν δόμοις κίχῃ,
λείπω μελάθρων τῶνδε φιλτάτην στέγην.

16. Fortasse legendum Πατέρα τε, γραῖάν θ', ἥ σφ' ἔ. μ. Nec tamen mutatio necessaria est: mediam enim copulam interdum supprimi monet Porsonus ad Med. 750. Ceterum Clymene mater erat Admeti, juxta Scholiastam; Peryclymenen vocat Hyginus Fab. 14.

17. 18. Vulgo legitur ἥτις ἤθελε Θανεῖν πρὸ κείνου, μηκέτ' εἰσορᾷν φάος. quod cum vix ferendum esset, conjecere Barnesius et Musgravius μηδ' ἔτ' εἰσορᾷν φάος. Constructionem expedire conatur Heathius, intelligendo ὥστε ante εἰσορᾷν. Ego vero Reiskii emendationem, probantibus viris doctis, in textum intuli: idem fecit Wakefieldius: sic quidem optime procedit sententia; et cum semel ὅσ ob præcedentem vocem γυναικὸς omissum erat, cetera a male sedulo librario facile poterant mutari. Pariter emendavit Marklandus in margine exemplaris Ed. Steph.

20. ψυχοῤῥαγοῦσα, Latine *animam agens*. ψυχοῤῥαγεῖ, quod occurrit infra v. 144. ab Hesychio exponitur per ἀποθνήσκει. Apoll. Rh. II. 835. Τὸν δ' ἕταροι ἐπὶ νῆα φέρον ψυχοῤῥαγέοντα. ubi Schol. ψυχ. ἀποψυχοῦντα. Legitur ψυχοῤῥαγοῦντα etiam in Herc. F. 324. Plutarch. T. II. p. 337. et adjectivum ψυχοῤῥαγὴς in Iph. T. 1466. Verbum est ejusdem formæ στημοῤῥαγεῖν in Æsch. Pers. 841.

22. Laudat Scholiasta ad Hipp. 1435. ubi Diana—ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις φθιτοὺς ὁρᾷν, Οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς. videas ibi notata. Editores ante Gaisfordium male exhibent κιχῇ. κίχῃ est subjunctivus aoristi ἔκιχον, cui præsens κιγχάνω; vide infra v. 493. verbum autem κιχέω nullum est.

23. μελάθρων τήνδε φιλτάτην στέγην. Lasc. Ald. et Edd. ante Musgravium, qui reposuit τῶνδε ex MSS. B. D. et Schol. ad Hippolytum l. c. et sic Marklandus

ἤδη δὲ τόνδε Θάνατον εἰσορῶ πέλας,
ἱερέα θανόντων, ὅς νιν εἰς Ἀΐδου δόμους
μέλλει κατάξειν· ξυμμέτρως δ' ἀφίκετο,
φρουρῶν τόδ' ἦμαρ, ᾧ θανεῖν αὐτὴν χρεών.

ΘΑΝΑΤΟΣ.

ἆ, ἆ, ἆ, ἆ.
τί σὺ πρὸς μελάθροις; τί σὺ τῇδε πολεῖς,
Φοῖβ'; ἀδικεῖς αὖ, τιμὰς ἐνέρων

emendabat. Eadem est varietas infra v. 554. τῶνδε φιλτάτων Fl.

25. ἱερῆ omnes. Restitui, monente Elmsleio, veram accusativi formam ἱερέα, cujus duo ultimæ syllabæ in unam coalescunt: exempla hujus contractionis in Μενοικέα et Τυδέα, Phœn. 927. 1181. notavi ad Hippol. 1148. ubi conferas quæ de prosodia harum terminationum scripta sunt, et citatis addas Andr. 22. Πηλέα δ' ἀνάσσειν γῆς ἐᾷ Φαρσαλίας. Bacch. 1068. Πενθεα. Herc. F. 619. Θησεα. Soph. Aj. 104. Ἔγωγ' Ὀδυσσέα τὸν σὸν ἐνστάτην λέγω. In Oraculo apud Herodotum VII. 220. legendum Πενθήσει βασιλέα φθίμενον Λακεδαίμονος οὖρος. Vid. Herman. ad Gregor. Corinth. ed. Schaef. p. 878. Quare autem Θάνατος dicatur ἱερεὺς θανόντων patebit ex v. 74.

26. σύμμετρος est *congruens*, vel, *congruente intervallo*, ut in Æsch. Choeph. 609. Soph. Œd. T. 84. 1113. Recte igitur Schol. συμμέτρως, εὐκαίρως. Virg. Æn. IX. 107. *Ergo aderat promissa dies, et tempora Parcæ Debita complerant.*

28. In Aldina et aliis veteribus Edd. præter Lasc. persona, quæ nunc scenam ingreditur, appellatur Χάρων. In margine editionis Brubachianæ corrigitur Θάνατος. Macrobius vero in Saturnal. V. 19. a Barnesio citatus, Latine vertit *Orcus*.

29. Reiskius legere voluit mediam formam πολεῖ. Sed πολεῖν est *versari*, *frequentare*, Orest. 1264. τίς ὅδ' ἄρ' ἀμφὶ μέλαθρον πολεῖ σὸν ἀγρότας ἀνήρ; Æsch. Pers. 312. quod notavit Wakef. adde Iph. T. 84. περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα. Rhes. 773. Soph. Œd. T. 1254.

30. Docuit Valckenaerius ad Hipp. 107. partes, quas singuli Dii in mundo administrando sor-

ἀφοριζόμενος, καὶ καταπαύων;
οὐκ ἤρκεσέ σοι μόρον Ἀδμήτου
διακωλῦσαι, Μοίρας δολίῳ
σφήλαντι τέχνῃ; νῦν δ' ἐπὶ τῇδ' αὖ
χέρα τοξήρη φρουρεῖς ὁπλίσας,
ἣ τόθ' ὑπέστη, πόσιν ἐκλύσασ',
αὐτὴ προθανεῖν Πελίου παῖς;
ΑΠ. θάρσει· δίκην τε, καὶ λόγους κεδνοὺς ἔχω.
ΘΑ. τί δῆτα τόξων ἔργον, εἰ δίκην ἔχεις;

titi essent, vocari τίμας: et hæc quidem explicatio nostro versui conveniet: verteremus Angli, *attributes, prerogatives.* Citavit ille v. 53. τιμαῖς κἀμὲ τέρπεσθαι δόκει. Æsch. Eum. 422. Τιμάς γε μὲν δὴ τὰς ἐμὰς πεύσει τάχα—Βροτοκτονοῦντας ἐκ δόμων ἐλαύνομεν. Addas Electr. 993. Phrases τιμὰς καταλύειν — ἀφανίζειν illustrat Bastius Epist. Crit. p. 172.

31. Interrogationis notam addidi, secutus Matthiæum.

32. Heracl. 593. Κοὐκ ἤρκεσέν σοι ταῦτα τολμῆσαι μόνον.

34. Vid. supra ad v. 12. Aliquando suspicabar legendum Σφήλαντα, ut constructionem eandem haberes ac in Med. 810. σοὶ δὲ συγγνώμη λέγειν Τάδ' ἐστὶ, μὴ πάσχουσαν, ὡς ἐγὼ, κακῶς. Soph. Electr. 479. Ὕπεστί μοι θράσος Ἁδυπνόων κλύουσαν Ἀρτίως ὀνειράτων. Deinde νῦν δ' ἐπὶ τῇδ' αὖ Lasc. et MSS. νῦν δὲ τί Ald. quod vitium editionibus ad Musgravii tempora insedit.

35. Vulgo ἣ τόδ' ὑπέστη. Corrigit Elmsleius τόθ', quod sine ulla dubitatione amplexus sum. Vid. infr. v. 542. ὑπέστη cum infinitivo construitur, ut Herc. F. 706. Ἐφ' οἷς ὑπέστητ' αὐτεπάγγελτοι θανεῖν. Iph. A. 360. Hesychius, ὑπέστη· ὑπέσχετο.

36. αὐτὴν Ald. αὐτὴ, quod conjecerant Canterus, Scaligerus, et Reiskius, edidit Musgravius ex MSS. B. D. et Lasc. Spiritum mutavit Wakefieldius. Exempla autem nominis relativum suum in eodem casu sequentis dedi ad Soph. El. 160. in Museo Critico Tom. I. p. 71. Aptissima sunt Hec. 765. Hipp. 100. Τήνδ', ἣ πύλαισι σαῖς ἐφέστηκεν Κύπρις. Troad. 1134.

39. Interpretes ad verbum reddunt, *Quid igitur arcu opus est?* Angl. *What business then has your bow?* Notent tirones ἔργον pari

ΑΠ. ξύνηθες ἀεὶ ταῦτα βαστάζειν ἐμοί.
ΘΑ. καὶ τοῖσδέ γ' οἴκοις ἐκδίκως προσωφελεῖν.
ΑΠ. φίλου γὰρ ἀνδρὸς ξυμφοραῖς βαρύνομαι.
ΘΑ. καὶ νοσφιεῖς με τοῦδε δευτέρου νεκροῦ;
ΑΠ. ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνον πρὸς βίαν σ' ἀφειλόμην.
ΘΑ. πῶς οὖν ὑπὲρ γῆς ἐστι, κοὐ κατὰ χθονός;
ΑΠ. δάμαρτ' ἀμείψας, ἣν σὺ νῦν ἥκεις μέτα.
ΘΑ. κἀπάξομαί γε νερτέραν ὑπὸ χθόνα.
ΑΠ. λαβὼν ἴθ'· οὐ γὰρ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμί σε,

modo adhibitum, Hipp. 915. σιωπῆς δ' οὐδὲν ἔργον ἐν κακοῖς. Andr. 552. οὐ γὰρ, ὡς ἔοικέ μοι, Σχολῆς τόδ' ἔργον. Iph. A. 1344. οὐ σεμνότητος ἔργον. et alibi.

40. Cuivis in memoriam veniet Apollo apud Hor. Carm. III. iv. 60. *Nunquam humero positurus arcum.*

41. Interrogationem, quam omnes habent editiones, sustuli. Optime explicat Elmsleius ad Heracl. 683. supplendo ex præcedente versu, ξύνηθές ἐστί σοι. ipsius notam adeas. γε autem valet *yes!* quam vim persæpe obtinet particula in hujusmodi dialogis: vide infra vv. 47. 62. 150. 202. 384. 1119.

45. Ita Aldus. κατὰ χθονὸς est etiam inf. 75. 164. Dedit Musgravius κάτω χθονός; e Lasc. E. P. χθονὸς κάτω B. D. Fl. sequente Matthiæ. et ita quidem citaverat Valckenaerius ad Phœn. 1327. qui formulam ἥκειν μέτα in v. seq. illustrat, collatis vv. 66. 499.

47. Herc. F. 335. Ἥξω πρὸς ὑμᾶς, νερτέρᾳ δώσων χθονί.

48. Ita Lasc. Ald. et MSS. Dixit quidem Noster Med. 937. Οὐκ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι. sed ibi mutavit Porsonus Οὐκ οἶδ' ἄρ' εἰ π. Certum equidem habeo, veteres particulam ἂν neque cum præsenti neque perfecto indicativo conjunxisse: et olim legendum conjiciebam Οὐκ οἶδά γ' εἰ π. σ. ut dudum emendarat Marklandus. Hodie vero retinendum puto vulgatum et hic et in Medea, et construendum, Οὐ γὰρ οἶδα εἰ πείσαιμι ἄν σε, quod, utcunque durum, defendere videtur locus Aristoph. Av. 1017. ab Elmsleio, in hanc opinionem firmandam, citatus: ὡς οὐκ οἶδ' ἄρ', εἰ Φθαίης ἄν. Consulas ipsius egregiam Annotationem in Medeæ versum Mus. Crit. Tom. II. part. i. Quæ sequuntur, ver-

ΘΑ. *κτείνειν ὃν ἂν χρῇ; τοῦτο γὰρ τετάγμεθα.*
ΑΠ. *οὔκ· ἀλλὰ τοῖς μέλλουσι θάνατον ἐμβαλεῖν.*
ΘΑ. *ἔχω λόγον γε, καὶ προθυμίαν σέθεν.*
ΑΠ. *ἔστ' οὖν ὅπως Ἄλκηστις εἰς γῆρας μόλοι;*
ΘΑ. *οὐκ ἔστι· τιμαῖς κἀμὲ τέρπεσθαι δόκει.*

ba sunt Blomfieldii, cui legendum videtur *οὐ γὰρ οἶδά γ' εἰ π. σ.* " Negat Porsonus in Append. ad Toup. p. 462. particulam *ἂν* cum præsenti indicativo recte construi. Eum non spectasse loca in quibus *ἂν*, sic posita, *fortasse* significet, contendit Erfurdtius ad Soph. Œd. T. 573. qui laudat Hermann. ad Viger. p. 785. Loca, quæ ibi protulit Hermannus, hæc sunt; Philoct. 290. ubi *ἂν* non cum præsenti, sed cum imperfecto construitur. Arist. Lysistr. 510. *ἠκούσαμεν ἂν*, .et similia. Pac. 640. *ἔσειον ἂν*, et similia; ut clare pateat, non Porsonum, sed ipsum Erfurdtium exempla neglexisse." Wakefieldii lectio, ab ipso elegans, facilis, et probabilis vocata, fœdum solœcismum Euripidi imputat; *οὐ γὰρ οἶδ', ἂν ἐκπείσαιμί σε*, *nescio enim an tibi persuadere possim.* Is vero non male fecisset, si forte interpunxisset *οὐ γὰρ, οἶδ', ἂν ἐκπείσαιμί σε.*

49. Vulgo scribitur *ὃν ἂν χρὴ*, quod solœcum est. Subjunctivum reposuerunt Schaefer. et Matthiæ. Deinde plena esset sententia, *τετάγμεθα γὰρ ποιεῖν τοῦτο.*

50. *τοῖς μέλλουσι* scil. *θνήσκειν.* Scholiasta *τοῖς γεγηρακόσι.* Eodem modo adhibetur participium inf. v. 543. *Τέθνηχ' ὁ μέλλων.* Miretur aliquis Euripidem hanc prosopopœiam adeo negligenter emisisse, ut Apollo, quasi personæ actoris oblitus, ipsum *Θάνατον* hortetur ad injiciendam senibus *mortem:* verum simile est, quod in Herc. F. 866. *Λύσσα* inquit; *ὁ δὲ κανὼν οὐκ εἴσεται Παῖδας, οὓς ἔτικτ', ἐναίρων, πρὶν ἂν ἐμὰς λύσσας ἀφῇ.* sic enim scribendum puto pro *ἐμᾶς.* Conferas etiam Miltonum Parad. Amiss. X. 269. Quin et Homerus, Il. E. 859. *ὁ δ' ἔβραχε χάλκεος Ἄρης, Ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον, ἢ δεκάχιλοι Ἀνέρες ἐν πολέμῳ, ἔριδα ξυνάγοντες ἄρηος.* Hæc loca indicavit Vir doctissimus et amicissimus Jacobus Tate.

51. *λόγον δὴ* B. D. Fl. Notent tirones usum verbi *ἔχω*, in Lexicis, ni fallor, omissum. Valet *Intelligo* —ut in Orest. 739. *τοῦτο πάντ' ἔχω μαθών.* 1118. *Ἔχω τοσοῦτον, τἀπίλοιπα δ' οὐκ ἔχω.* Hipp. 1434. Aliud significat *λόγους ἔχω* supr. v. 38. aliud *ἔχω προθυμίαν* inf. v. 1126.

53. Quid hic valeat *τιμαὶ*, monstratum est in nota ad v. 30.

ΑΠ. οὔτοι πλέον γ' ἂν ἢ μίαν ψυχὴν λάβοις.
ΘΑ. νέων φθινόντων, μεῖζον ἄρνυμαι κλέος.
ΑΠ. κἂν γραῦς ὄληται, πλουσίως ταφήσεται.
ΘΑ. πρὸς τῶν ἐχόντων, Φοῖβε, τὸν νόμον τίθης.
ΑΠ. πῶς εἶπας; ἀλλ' ἦ καὶ σοφὸς λέληθας ὤν;
ΘΑ. ὠνοῖντ' ἄν, οἷς πάρεστι, γηραιοὺς θανεῖν.
ΑΠ. οὔκουν δοκεῖ σοι τήνδε μοι δοῦναι χάριν;
ΘΑ. οὐ δῆτ'· ἐπίστασαι δὲ τοὺς ἐμοὺς τρόπους.
ΑΠ. ἐχθρούς γε θνητοῖς, καὶ θεοῖς στυγουμένους.
ΘΑ. οὐκ ἂν δύναιο πάντ' ἔχειν, ἃ μή σε δεῖ.
ΑΠ. ἦ μὴν σὺ παύσει, καίπερ ὠμὸς ὢν ἄγαν·

55. *γέρας* pro *κλέος* Fl.

56. *ὀλύται* Lasc.

57. *οἱ ἔχοντες* (subaudi *χρήματα*) *divites*. Exempla hujus ellipseos congessere Kusterus ad Arist. Plut. 596. (*Τοὺς μὲν ἔχοντας καὶ πλουτοῦντας*) et alii. Suppl. 240. *Οἱ δ' οὐκ ἔχοντες, καὶ σπανίζοντες βίου —Εἰς τοὺς ἔχοντας κέντρ' ἀφιᾶσιν κακά*. Fragm. Dan. ap. Stobæum Tit. LXIV. p. 261. Grot. Arist. Eq. 1295. Addas Phœn. 416. *Κακὸν τὸ μὴ 'χειν*. Herc. F. 636. et ita accipiendum arbitror Soph. Aj. 157. *Πρὸς γὰρ τὸν ἔχονθ' ὁ φθόνος ἕρπει*. Curius apud Cicer. Ep. Fam. VII. 29. *At illa nostra prædicatio quanti est, nos, quod simus, quod* HABEAMUS, *quod homines existimemur, id omne a te habere*. Ceterum Atticus est usus præpositionis *πρὸς*, *e re alicujus*. Soph. Œd. T. 1434. *πρὸς σοῦ γὰρ, οὐδ' ἐμοῦ, φράσω.* ubi citat Brunckius Trach. 479. Arist. Vesp. 647. Plura invenientur apud Hemsterh. ad Lucian. I. p. 254. Koen. ad Gregor. Cor. p. 44. et scriptores ibi advocatos.

58. Hunc et sequentem versum ita interpretatus est Buchananus; *Quid? tu sophistes, insciis nobis, eras?—Res ampla quibus est, redimerent mortis moras.*

59. Ita recte Lascaris. Aldus et sequentes editores mendose *ὤνοιντ' ἄν*, quod nonnulli per negligentiam vertunt quasi esset *ὄναιντ' ἄν*. Corrigendum vidit Æmilius Portus.

64. *ἦ μὴν* *nihilominus*. *ἀλλ' ὅμως* Hesych. et alii Grammatici. Vid. Blomf. Gloss. ad Æsch. Prom. 174. Simillimus est harum par-

τοῖος Φέρητος εἶσι πρὸς δόμους ἀνὴρ,
Εὐρυσθέως πέμψαντος ἵππειον μέτα
ὄχημα Θρῄκης ἐκ τόπων δυσχειμέρων,
ὃς δὴ, ξενωθεὶς τοῖσδ' ἐν Ἀδμήτου δόμοις,
βίᾳ γυναῖκα τήνδε σ' ἐξαιρήσεται·
κοὔθ' ἡ παρ' ἡμῶν σοι γενήσεται χάρις,
δράσεις θ' ὁμοίως ταῦτ', ἀπεχθήσει τ' ἐμοί.

ΘΑ. πόλλ' ἂν σὺ λέξας οὐδὲν ἂν πλέον λάβοις.
ἥδ' οὖν γυνὴ κάτεισιν εἰς Ἅιδου δόμους·
στείχω δ' ἐπ' αὐτὴν, ὡς κατάρξωμαι ξίφει·

ticularum usus in ista fabula v. 943. Ἦ μὴν ἔτι Ζεὺς, καίπερ αὐθάδη φρονῶν, Ἔσται ταπεινός· τοῖον ἐξαρτύεται Γάμον γαμεῖν.

66. ἵππειον omnes: in Hipp. 1352. legitur ὄχημ' ἵππειον, postulante metro: alteram tamen formam ἵππιος apud Nostrum frequentiorem esse, notavimus ad Hipp. 307. Videas Elmsleium ad Heracl. 845. Profecto legerem ἵππιον, si modo constaret Tragicos in quinta sede versiculi, qualis est noster, iambum spondeo prætulisse. Ceterum constructio, quæ nonnullos fefellit, est, Εὐρυσθέως πέμψαντος [αὐτὸν] μετὰ ἵππειον ὄχημα [ἄξοντα] ἐκ τόπων δυσχειμέρων Θρῄκης. Nescio an monendi sint tirones ἵππειον ὄχημα, ut et τέτρωρον ἅρμα infra v. 499. ipsos equos significare.

67. Lasc. Θρήκης, et in seq. οὖ δή. Flor. εἰς τόπων.

71. Rectius fortasse legeretur ἀπεχθήσει δ'.

72. Legendum opinatur Wakefieldius Πόλλ' ἂν σὺ λέξαις, *si multa diceres:* sed Græcos nunquam ita locutos esse vel pueri norunt. Eandem habes constructionem infra v. 506. Τί δ' ἂν κρατήσας δεσπότην πλέον λάβοις; Iph. T. 496. Τί δ' ἂν μαθοῦσα τόδε πλέον λάβοις, γύναι; tantum in nostro loco geminatur ἄν. πλέον λαμβάνειν, *proficere.* Similes phrases πλέον ἐργάζεσθαι, πλέον πράσσειν, notavimus ad Hippol. 284.

73. Ita Lascaris. ἡ δ' οὖν ceteri. ἥ γ' οὖν mallet Blomfieldius.

74. κατάρχεσθαι τοῦ ἱερείου, vel simpliciter κατάρχεσθαι, erat *auspicari sacra,* quod apud veteres Græcos fiebat, abscindendo pilos a fronte victimæ, " quos postea, tanquam prima libamina, igni in ara accenso imponebant." Verbis

ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν,
ὅτου τόδ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσῃ τρίχα.

ΧΟΡΟΣ.

ΗΜΙΧ. ά. τί ποθ' ἡσυχία πρόσθεν μελάθρων;

utor Kusteri ad Arist. Av. 960. qui optime hunc morem illustrat, advocatis Hesychio κατάρξασθαι τοῦ ἱερείου, τῶν τριχῶν ἀποσπάσαι. Nostri El. 810. ἐκ κανοῦ δ' ἑλὼν Αἴγισθος ὀρθὴν σφαγίδα, μοσχίαν τρίχα Τεμὼν, ἐφ' ἁγνὸν πῦρ ἔθηκε δεξιᾷ. Virg. Æn. VI. 243. *Et summas carpens media inter cornua setas, Ignibus imponit sacris, libamina prima.* Æn. IV. 698. *Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.* ubi nostrum locum respicere videtur Poeta, eundem ritum sacrificii Proserpinæ transferens, quem apud Euripidem occupat Θάνατος. Ita quoque Hor. Carm. I. xxviii. 19. *nullum Sæva caput Proserpina fugit.* Locum Virgilii cum nostro contulerat Macrobius Saturnal. V. 19. *in hac fabula in scenam Orcus inducitur gladium gestans, quo crinem abscindat Alcestidis.* Vid. Turn. Advers. XIX. 17. Valck. ad Phœn. 576. (Πῶς δ' αὖ κατάρξει θυμάτων, ἑλὼν πόλιν;) In Iph. T. 40. inquit Iphigenia, Κατάρχομαι μὲν, σφάγια δ' ἄλλοισιν μέλει. eadem v. 601. interroganti Oresti, Αὐτὴ ξίφει θύουσα, θῆλυς ἄρσενας; respondet, Οὔκ, ἀλλὰ χαιτὴν ἀμφὶ σὴν χερνίψομαι.

75. ἱερὸς cum genitivo construitur, ut in Arist. Plut. 937. Μὴ δῆθ', ἱερὸν γάρ ἐστι τοῦ Πλούτου πάλαι. Sic Cicero in Verr. II. 18. *qua ex opinione hominum illa insula eorum Deorum sacra putatur.*

76. Ita unus Codex E. Ceteri, cum Edd. omnibus (præter Lasc. ubi ἀνύσει), exhibent ἁγνίσει, in quo mendam tamdiu editores prætervidisse miror: futuri forma, quam adhibuisset Tragicus, ἁγνιῶ erat, non ἁγνίσω. Satis nota quidem constructio subjunctivi, suppresso ἂν. Vide inf. v. 865. 999. Hipp. 429. ὅτῳ παρῇ. 529. οἷς ἐπιστρατεύσῃ. 1269. ᾧ ἐφορμάσῃ. Orest. 141. et ibi Porsonum. Med. 516. El. 972. Æsch. Theb. 243. et loca a Blomfieldio indicata. Soph. El. 771. Trach. 251. Œd. Tyr. 1231. Œd. Col. 395. Ceterum recte citavit ἁγνίσῃ Muretus Varr. Lect. IV. xvi. Tom. II. p. 94.

77. Ἡμιχορίου personam huic versui præfixit Barnesius. Schol. ἐκ γερόντων Φεραίων ὁ χόρος. διαιρεῖται εἰς δύο ἡμιχόρια. Vulgo editur πρόσθε μ. literam addidi, monente Blomfieldio: in anapæsticis

τί σεσίγηται δόμος Ἀδμήτου;
ΗΜΙΧ. β΄. ἀλλ' οὐδὲ φίλων [τις] πέλας οὐδεὶς,
ὅστις ἂν εἴποι πότερον φθιμένην
βασίλειαν χρὴ πενθεῖν, ἢ ζῶσ'
ἔτι φῶς τόδε λεύσσει Πελίου παῖς
Ἄλκηστις, ἐμοὶ πᾶσί τ' ἀρίστη
δόξασα γυνὴ
πόσιν εἰς αὑτῆς γεγενῆσθαι;

ΧΟ. κλύει τις ἢ στεναγμὸν, ἢ — στροφὴ ά.
χερῶν κτύπον κατὰ στέγας,
ἢ γόον, ὡς πεπραγμένων;

μέλαθρον fere semper, ut opinor, mediam habet brevem.

78. In fine versiculi hiatus est, qualem observavimus in Hippol. 1350. contra legem συναφείας. Seidlerus de Dochmiacis p. 80. congessit multa hujus licentiæ exempla, quorum tamen pleraque ad illegitima systemata pertinent. Hoc tantum licuisse opinor, cum propter exclamationem, vel mutatam personam, mora necessario interjecta hiatus offensionem tolleret.

79. Elmsleius delendam censet vocem quam uncinis inclusi, nisi alibi repertum erit τίς οὐδείς. Ego vero potius legerem ἀ. οὐ. φ. πέλας ἔστ' οὐδείς.

80. ὅστις ἂν ἐνέποι omnes. Correxi εἴποι ad Hipp. 1362. q. v.

81. Edidi hunc et sequentem versum ex editione Lascaris: et sic Matthiæ. Aldus ceterique habent τὴν βασίλειαν, et omittunt τόδε, quod tamen agnoscunt MSS. Vid. inf. v. 282. 294. 1158. Edidit Gaisfordius Τὴν βασίλειαν χρὴ πενθεῖν, ἢ Ζῶσ' ἔτι λεύσσει φῶς Πελίου παῖς. Legere mallet Blomfieldius Χρὴ βασίλειαν πενθεῖν, ἢ ζῶσ' Ἔτι παῖς Πελίου λεύσσει τόδε φῶς. Verborum autem transpositionibus, nulla necessitudine cogente, nolim indulgere.

85. Vulgo αὐτῆς. Cum spiritu edidere Wagner. Schaefer. Matthiæ.

86-7-8. στεναγμῶν. Fl. In edd. hæc in duos versiculos divisa erant, quorum cum primus forte fortuna esset senarius, alterum in senarium redigebat Wakefieldius, et post eum Schaeferus ad L. Bos. p. 32. (Ed. Oxon.) legendo ἢ θρῆνον pro ἢ γόον. Primus, quantum scio,

οὐ μὰν οὐδέ τις ἀμφιπόλων
στατίζεται ἀμφὶ πύλας.
εἰ γὰρ μετακύμιος ἄτας,
ὦ Παιὰν, φανείης.

ΗΜΙΧ. ά. οὔ τἂν φθιμένης γ' ἐσιώπων·
οὐ γὰρ δὴ φροῦδός γ' ἐξ οἴκων—[νέκυς]
ΗΜΙΧ. β'. πόθεν; οὐκ αὐχῶ. τί σε θαρσύνει;

antistrophica esse vidit Hermannus. Omnes autem præfigunt Hemichorii personam vv. 86. 89. et plerique v. 91. Sed nullum est, ut mihi videtur, in hac stropha, ut nec in antistropha, interlocutionis indicium. χερὸς Lasc. γόων Ald. et MSS. nonnulli. ὡς πεπραγμένων desunt in Fl.

90. Vulgo στατίζετ'. στατίζεται Herman. Observ. Cr. p. 65. et sic Matthiæ. Hesychius exponit στατίζουσι (Electr. 316.) per στάσιν ἔχουσι. mediam autem στατίζονται per ἱδρύονται, αὐλίζονται, ἵστανται. στατὸς, unde verbum fluxit, citant Viri docti ex Hom. Od. Z. 506. στατὸς ἵππος. Soph. Phil. 716. στατὸν ὕδωρ.

91. Schol. ὥσπερ λέγομεν μεταίχμιον τὸ μεταξὺ τῆς μαχῆς διάστημα δύο στρατευομένων (l. στρατευμάτων), οὕτω μετακύμιον τὸ μεταξὺ τῶν δύο κυμάτων. Ultima verba exscripsit Hesych. v. μετακύμιον. Nescio an vox alibi inveniatur. De κύμασιν ἄτης et similibus vid. ad Hipp. 824.

92. Vulgo ἰὼ Παιάν. Quod dedi, postulat metrum; et sic Matthiæ. Infr. 222. Ὦ ἄναξ Παιάν. Ion. 124. Ὦ Παιὰν, ὦ Παιάν. Titulus erat Apollinis Ἰατροῦ, de quo notavi quædam ad Hipp. 1370.

93. 94. Sequor Lasc. Ald. et MSS. Cum enim persuasum habeam hoc anapæstorum systema parum legitimum fuisse, nolui ad exemplum virorum doctorum, poetæ verba interpolando et transponendo torquere. Idem dictum puta de systematibus inf. 105. 132. Conjicit Musgravius—φροῦδος γὰρ δὴ νέκυς ἐξ οἴκων, sequente Gaisfordio: Matth. οὐ Γὰρ δὴ φρ. ν. ἐξ οἴκων. νέκυς, quod uncinis inclusi, delendum censet Elmsleius: videtur aut glossema esse, aut deberi librario, qui de metro sollicitus, priore versiculo ante γὰρ terminato, voluit alterum hac voce, scilicet legis συναφείας ignarus, explere. οὔτ' ἂν φθιμένας γ' Edd. De crasi τἂν (τοι ἂν) quam solus restituit Matthiæ, vid. not. ad Hipp. 443.

95. πόθεν; apud Atticos vim habuit negantis; ita explicat Etymologus M. p. 698, 47. ex Apol-

ΗΜΙΧ. ά. πῶς ἂν ἔρημον τάφον Ἄδμητος
κεδνῆς ἂν ἔπραξε γυναικός;

ΧΟ. πυλᾶν πάροιθε δ' οὐχ ὁρῶ — ἀντιστρ. ά.
πηγαῖον, ὡς νομίζεται,
χέρνιβ', ἐπὶ φθιτῶν πύλαις·
χαίτα τ' οὔτις ἐπὶ προθύροις
τομαῖος, ἃ δὴ νεκύων

lonii Dyscoli libro inedito; et illustrant Hemsterh. ad Lucian. I. p. 115. Valck. ad Phœn. 1611. Koen. ad Greg. l. p. 61. (p. 141. ed. Schaef. ubi vid. Bast.) *πόθεν γάρ*; est inf. v. 797. *οὐκ αὐχῶ*, *I do not presume this.* hæc verba alteri interlocutori dant Heath. et Matthiæ. *αὐχῶ* eodem sensu infra v. 691. MS. B. habet *οὖν καυχῶ τίς σε θαρσύνει.* Fl. *πόθεν οὐνχῶ τισσε θαρσύνει.*

96. *πῶς γὰρ* Wakef. non male. Schol. *πῶς ὄχλου χωρὶς τὴν ἐκφορὰν ἐποιήσατο (ἂν) Ἄδμητος, ἀγαθῆς γυναικὸς ἐκφορὰν ποιούμενος;*

98. ΗΜΙΧ. præfigunt edd. præter Lasc. *πάροιθεν* Ald.

99. *πηγαῖ ὡς* Lasc. *πηγαῖά θ'* Ald. Uterque vitiose. Brubach. in margine habet *πηγαίαν*. Emendavit e Scholiasta Canterus. *νομίζεταί γε* Ald.

100. *φθιμένων*, pro *φθιτῶν*, B. D. *χέρνιψ* hic est vas illud fictile (*ὄστρακον*) aqua lustrali plenum, quod stabat ante ædes in quibus exponeretur mortuus: *ἀρδάνιον* vocabatur, teste Polluce L. VIII. p. 894. *καὶ οἱ ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ πενθοῦντος ἀφικνούμενοι, ἐξιόντες ἐκαθαίροντο, ὕδατι περιῤῥαινόμενοι· τὸ δὲ προὔκειτο ἐν ἀγγείῳ κεραμέῳ, ἐξ ἄλλης οἰκίας κεκομισμένον.* Huc respiciens Hesychius *πηγαῖον* (suppl. *χέρνιβα*) *τὸ ὄστρακον, ὃ καὶ ἀρδάνιον ὁμοίως λέγεται.* Vide eum vv. *Ἀρδανίαι* (l. *ἀρδάνια*) et *ὄστρακον*. Suid. v. *ἀρδάνιον, τοὔστρακον*: hoc respexit Arist. Eccles. 1025. *Ὕδατος δὲ κατάθου τοὔστρακον πρὸ τῆς θύρας.* ubi ista citavit Kusterus.

101. *χαίτας τ'* Lasc. *πρόθυρα* Aldus, qui et sequentia mutavit, ut anapæstici qualescunque effingerentur. *προθύροις* e Lasc. et MSS. reposuit Musgravius.

102. Æsch. Choeph. 166. *Ὁρῶ τομαῖον τόνδε βόστρυχον τάφῳ.* Solitos esse veteres sectis crinibus tumulos amicorum coronare, notissimum est; morem autem appendendi crines in vestibulo ædium non alibi me vidisse memini. Nescio an huc referendum sit Suppl. 972. *παιδὸς ἐν οἴκοις Κεῖται μνάματα πένθιμοι Κουραὶ καὶ στέφανοι κόμας.*

πένθει πίτνει, οὐ νεολαίᾳ
δουπεῖ χεὶρ γυναικῶν.

ΗΜΙΧ. ά. καὶ μὴν τόδε κύριον ἦμαρ—
ΗΜΙΧ. β΄. τί τόδ᾽ αὐδᾷς;
ΗΜΙΧ. ά. ᾧ χρῆν σφε μολεῖν κατὰ γαίας.
ΗΜΙΧ. β΄. ἔθιγες ψυχῆς, ἔθιγες δὲ φρενῶν·

103. Lascaris et MSS. habent Πένθεσι πιτνεῖ, οὐδὲ νεολαία Δουπεῖ χεὶρ γυναικῶν. Edidit Matthiæ Πένθει πιτνεῖ, οὐ νεολαία Δ. χ. γ. Quam lenissima potui mutatione metro ac sensui satisfeci. Longe quidem aptius dicitur πένθος νεκύων, quam plurale; ut inf. v. 438. πένθος γυναικὸς τῆσδε. Vide etiam vv. 275. 346. 379. 834. 1088. πίτνει autem scribendum esse ostendit Elmsleius ad Heracl. 77. Deinde conjungunt veteres interpretes νεολαία χεὶρ, quasi esset νέα χείρ. Sed νεολαία, ubicunque occurrit, est *juventus*. Edidi igitur, quod in mentem venit Musgravio, νεολαίᾳ: recte contulit ille Theocr. xviii. 24. Τετράκις ἑξήκοντα κόραι, θῆλυς νεολαία. Photius, νεολέα· νέος λαὸς, καὶ οὐ πάλαι εἰς ἄνδρας ἐγγεγραμμένος.—Νεολέαν· τὴν νεότητα, τετρασυλλάβως οἱ Ἀττικοί· Βαβυλωνίοις (scil. Ἀριστοφάνης), Ὦ Ζεῦ, τὸ χρῆμα τῆς νεολέας ὡς καλόν. Certatim corrigunt Viri docti νεολαία, νεολαίαν, νεολαίας, advocantes Hesych. qui exp. νέων ἄθροισμα. Poll. II. 11. Schol. Lucian. Tom. II. p. 190. Æsch. Suppl. 694. Εὐμενὴς δ᾽ ὁ Λύκειος ἔστω πάσᾳ νεολαίᾳ. Pers. 674. νεολαία γὰρ ἤδη κατὰ γᾶς ὄλωλε. ita recte demum rescripsit Blomfield. legens præterea in nostro loco νεολαίας, quod si quis præferat, equidem non refragabor. Ceterum Dorvillius ad Char. p. 22. opinatur hanc vocem in Doricis civitatibus præcipue obtinuisse. Ald. Οὐ δουπεῖ νεολαῖα γυναικῶν.

105. Ita Lasc. Edidit Ald. cum ceteris omnibus edd. Καὶ μὴν τόδε δὴ κύριον ἦμαρ, et in seq. Καὶ τί τόδ᾽ αὐδᾶς; Verum δὴ et καὶ manifesto sunt interpolata, quo ad similitudinem legitimi systematis versiculi cogerentur. Quin et in Aldina transpositi sunt vv. 106. 107. ordinem correxit Musgravius ex D. Fl. Lasc. Frustra emendationem tentat Jacobs. Anim. p. 32. Αἴλινον αὐδᾷς, vel αἶ, τί τόδ᾽ αὐδᾷς;

107. χρὴ Lasc. quod deterius videtur.

108. Noster Suppl. 1161. ἔθιγέ μου φρενῶν. Troad. 1216. φρενῶν ἔθιγες, ἔθιγες.

χρὴ, τῶν ἀγαθῶν διακναιομένων,
πενθεῖν ὅστις
χρηστὸς ἀπ' ἀρχῆς νενόμισται.

ΧΟ. ἀλλ' οὐδὲ ναυκληρίαν — στροφὴ β'.
ἔσθ' ὅποι τις αἴας
στείλας, ἢ Λυκίαν,
εἴτ' ἐπὶ τὰς ἀνύδρους
'Αμμωνίδας ἕδρας,
δυστάνου παραλύσαι

109. διακν. exp. Schol. φθειρομένων. Hesych. διακναιόμενον· διαπονούμενον, φθειρόμενον. De hac voce vid. Spanhem. ad Arist. Nub. 120. et Blomfield. Gloss. ad Æsch. Prom. 94. In editionibus hæc ΧΟΡΩ. adsignantur.

111. νενόμισθαι Lasc.

114. Λυκίας omnes. De meo dedi Λυκίαν, quod flagitare videtur constructio. Præpositio semel tantum et in altero sententiæ membro exprimitur; Conf. Phœn. 290. Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος Μαντεῖα σεμνὰ, Λοξίου τ' ἐπ' ἐσχάρας. Heracl. 755. Μέλλω τᾶς πατριώτιδος Γᾶς, μέλλω περὶ τῶν δόμων— Soph. Œd. T. 736. 761. 'Αγρούς σφε πέμψαι, κἀπὶ ποιμνίων νομάς. Electr. 780. "Ωστ' οὔτε νυκτὸς ὕπνον, οὔτ' ἐξ ἡμέρας—Æsch. Theb. 1034. Sic quoque Horat. Carm. III. xxv. 2. *quæ nemora aut quos agor in specus*—ubi plura dedit Bentleius. Verum respici Apollinis oraculum apud Pataram notavit Barnesius, citans Virg. Æn. IV. 143. *Qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta Deserit, et Delum maternam invisit Apollo.* et 346. *Lyciæ sortes.* Horat. Carm. III. iv. 61. *Delius et Patareus Apollo.* Stat. Theb. I. 696. *Phœbe parens, seu te Lyciæ Patarea nivosis Exercent dumeta jugis.*

116. Legebatur 'Αμμωνίαδας, quod corrigendum vidit Musgravius ex Electr. 734. ξηραί τ' 'Αμμωνίδες ἕδραι. Simile vitium in Soph. Œd. T. 1108. ubi 'Ελικωνιάδων vulgo. Emendat 'Ελικωνίδων Porsonus ad Or. 614.

117. παραλῦσαι omnes præter Matthiæ. Conj. Wakef. παραλύσει. sed unice verus est optativus: eandem habes constructionem supra v. 52. "Εστ' οὖν ὅπως "Αλκηστις εἰς γῆρας μόλοι; Æsch. Prom. 299. Οὐκ ἔστιν ὅτῳ μείζονα μοῖραν Νεί-

ψυχὰν, μόρος γὰρ ἀπότομος
πλάθει, θεῶν δ' ἐπ' ἐσχάραις
οὐκ ἔχω 'πὶ
τίνα μηλοθυτᾶν πορευθῶ.

μόνος δ', ἂν, εἰ φῶς τόδ' ἦν ἀντιστρ. β'.
ὄμμασιν δεδορκὼς
Φοίβου παῖς, προλιποῦσ'
ἦλθεν ἕδρας σκοτίους

μαιμ' ἢ σοί. Agam. 629. Οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξαιμι τὰ ψευδῆ καλά. Choeph. 170. Οὐκ ἔστιν ὅστις πλὴν ἐμοῦ κείραιτό νιν. Et sic profecto legit Scholiasta: οὐδέ ἐστιν ὅπου (l. ὅποι) τῆς γῆς πέμψας πλοῦν παραλύσειεν τῆς δυστήνου 'Αλκήστιδος τὴν ψυχήν.

118. Vulgo ἄποτμος, quod cum metro antistrophico parum quadret, feliciter corrigit Blomfieldius ἀπότομος. Aptissime dicitur Alcestidis fatum *præruptum:* infra v. 1003. de *Necessitate,* Οὐδέ τις ἀποτόμου Λήματός ἐστιν αἰδώς. et Soph. Œd. T. 877. 'Απότομον ὤρουσεν εἰς ἀνάγκαν, ubi duo Codices exhibent ἄποτμον.

119. Schol. πλησιάζει γὰρ ὁ θάνατος. Aldinæ errorem πλάθειν sustulit Canterus. πλάθειν et πελάθειν poeticæ sunt formæ pro πελάζειν. Illud extat in Soph. El. 220. Phil. 728. Rhes. 14. Suidas, πλάθειν· πλησιάζειν, προσπελάζειν, citans locum Electræ.

121. Ubique editum est μηλοθύταν. Accentum mutavi; Tragici enim longe libentius dicebant τίς ἀνθρώπων, τίς θεῶν, quam τίς ἄνθρωπος, τίς θεός. Forsan tamen scripserit Poeta θεῶν δ' ἐπ' ἐσχάραν οὐκ ἔχω τίνα μηλοθύταν πορευθῶ, et in antistr. v. 130. omittendum sit ἔτι. Certe dura est repetitio præpositionis cum diverso regimine intra tantillum spatium; et βωμοὺς μηλοθύτας habet Noster El. 1116. θεῶν δέ γ' ἐσχάραν conj. Reisk.

122. μούνως δ' Wakef. εἰς φῶς Ald. mendose. εἰ restitutum est in Canter.

125. Vide an legendum sit ἦλθ' ἄν. Infra v. 926. ubi συνέσχεν omnes libri, postulat syntaxis συνέσχ' ἄν. Deinde forsan rectius legeretur σκοτίας. Non pauca quidem adjectiva sunt, quæ nunc duorum, nunc trium generum formas adhibent, qualia sunt ματαῖος, φαῦλος, δίκαιος, μέλεος, βρύχιος. Vide notata ad Hippol. 437. Verum non memini σκότιος pro feminino usurpatum me alibi invenisse.

Αἴδαό τε πύλας·
δμαθέντας γὰρ ἀνίστη,
πρὶν αὐτὸν εἷλε διόβολον
πλᾶκτρον πυρὸς κεραυνίου.
νῦν δὲ τίν' ἔτι
βίου ἐλπίδα προσδέχωμαι;
πάντα γὰρ ἤδη τετέλεσται
βασιλεῦσιν,
πάντων δὲ θεῶν ἐπὶ βώμοις

126. Ἄιδα τε Lasc. ᾅδα τε Ald. ceterique præter Wakefield. qui ᾅδαο τε obsecutus Musgravio dedit, et Matthiæ. qui Αἴδα τ' ἐπὶ πύλας, contra sensum, ut mihi quidem videtur. Credo Euripidem sumpsisse Homericam formam: Il. Ψ. 71. πύλας Ἀΐδαο περήσω. Certe ab Ionica genitivorum terminatione in melicis non usquequaque abstinuere Tragici. Orest. 812. et El. 465. ἀελίοιο. Tro. 838. Πριάμοιο. Herc. F. 123. τροχηλάτοιο κώλου. Vid. Burneium ad Æsch. Pers. 864. Sin hoc displiceat, legere possis Αἴδα τε πύλας et in strophico v. 116. Ἄμμωνος ἕδρας, quod tamen videtur recepto longe deterius.

127. δμαθέντες simpliciter *mortui* in Iph. T. 199. Tro. 175. καὶ ζῶντες καὶ δμαθέντες. De Æsculapio vid. supra v. 3.

129. πλῆκτρον est id quod πληγὴν infligit. De variis ejus usibus consulas lautissimum illum Græcæ Poeseos Thesaurum, quo has literas nuper ditavit Vir eximius Edvardus Maltby S. T. P. In Soph. Œd. Col. 1464. κτύπος fulminis διόβολος dicitur.

130. Ita edidit Gaisfordius, sequente Matthiæo, ex vestigiis codicum E. et Fl. qui habent τίν' ἐπὶ βίου. Aldus νῦν δὲ τίνα βίου, ceterique omnes, præter Lasc. qui mendose βίον. Vide ad v. 121. Deinde προσδέχομαι Lasc. Ald. et sequentes. Emendavit in notis Musgravius.

132-3-4. Ut hi quoque versiculi in legitimos anapæsticos redigerentur, multa moliti sunt Viri docti. Porsonus olim legebat (Adversar. p. 222.) Πάντα γὰρ ἤδη δὴ τετέλεσται Τοῖς βασιλεῦσιν. Alii alia tentant: sed nihil variant libri, et similes habemus versus supra 105, 6, 7. Wakefieldius, ineptum clamans βασιλεῦσιν, edidit βασι=λεῖ. Mireris igitur eum non sollicitasse κοιράνοις v. 216. et centum alia Tragicorum loca, in quibus dicun-

αἱμόῤῥαντοι θυσίαι πλήρεις,
οὐδ' ἔστι κακῶν ἄκος οὐδέν.
ἀλλ' ἥδ' ὀπαδῶν ἐκ δόμων τις ἔρχεται
δακρυῤῥοοῦσα· τίνα τύχην ἀκούσομαι;
πενθεῖν μὲν, εἴ τι δεσπόταισι τυγχάνει,
ξυγγνωστόν· εἰ δ' ἔτ' ἐστιν ἔμψυχος γυνὴ,
εἴτ' οὖν ὄλωλεν, εἰδέναι βουλοίμεθ' ἄν.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

καὶ ζῶσαν εἰπεῖν καὶ θανοῦσαν ἔστι σοι.
ΧΟ. καὶ πῶς ἂν αὐτὸς κατθάνοι τε καὶ βλέποι;
ΘΕ. ἤδη προνωπής ἐστι, καὶ ψυχοῤῥαγεῖ.

tur ἄνακτες, βασιλεῖς, κοίρανοι, τύραννοι, de uno rege, aut de unius regis familia. Habet quidem Scholiasta τετέλεσται βασιλεία (f. βασιλείᾳ) utrum pro interpretatione an varia lectione, dubitari potest. Matthiæ. quo duo dimetri efficerentur, uncinis inclusit ἐπί.

135. αἱμόῤῥαντοι. Hoc compositum, quod Lexicis addendum est, non nisi hoc in loco inveni. Habet νεόῤῥαντος Soph. Aj. 30. θυσίαν πλήρη Noster Fr. Inc. CLV. 4.

137. Cum nova persona in scenam proditura est, solent Tragici quis sit, qui adveniat, edicere, adhibito pronomine ὅδε, quod in talibus idem fere valet ac δεῦρο vel ὧδε. Anglice igitur vertendum, *But here comes one of the servants out of the house.* Exempla videas in hac fabula vv. 24. 239. 523. 1025. Alia congesserunt Elmsleius ad Suppl. 21. (*Quart. Rev.* Vol. VII. p. 446.) Blomfieldius ad Æsch. Prom. 977. et ad Suppl. 1124. (*Mus. Cr.* Vol. I. p. 185.) Hæc formula, etsi tritissima, nonnullos interpretantes fefellit.

143. αὐτὸς Lasc. ὡὑτὸς Ald. et editores ante Gaisf. βλέπειν simpliciter pro ζῆν dixit Euripides Hec. 315. Iph. T. 717. ἐπεί σ' ἐγὼ Θανόντα μᾶλλον, ἢ βλέπονθ', ἕξω φίλον. Tro. 628. Οὐ ταὐτὸν, ὦ παῖ, τῷ βλέπειν τὸ κατθανεῖν. Helen. 1017. Soph. Œd. C. 1438.

144. προνωπὴς interpretantur Hesychius et Photius, emendante Albertio, προτεταμένος, προνενευκὼς, προπετὴς, ἕτοιμος, πρόχειρος. Attigi vocabulum ad Hippol. 376.

ΧΟ. ὦ τλῆμον, οἵας οἷος ὢν ἁμαρτάνεις.
ΘΕ. οὔπω τόδ' οἶδε δεσπότης, πρὶν ἂν πάθῃ.
ΧΟ. ἐλπὶς μὲν οὐκέτ' ἐστι σώσασθαι βίον;
ΘΕ. πεπρωμένη γὰρ ἡμέρα βιάζεται.
ΧΟ. οὔκουν ἐπ' αὐτῇ πράσσεται τὰ πρόσφορα;
ΘΕ. κόσμος γ' ἕτοιμος, ᾧ σφε συνθάψει πόσις.
ΧΟ. ἴστω νυν εὐκλεής τε κατθανουμένη,

ψυχοῤῥαγεῖν supra ad v. 20. Fl. προνόστης. Lasc. ἐτσι.

145. " Plato Sympos. 18. p. 150. ed. Fischer. οἷος οἵων αἴτιος ὢν τυγχάνει. Thucyd. VII. 75. ἀπὸ οἵας —ἐς οἵαν—ἀφίκτο. Porphyr. de Abstin. I. p. 4. ἀφ' οἵων τε ἐς οἷα καταβέβληκας μηνύειν. Soph. Ant. 942. οἷα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω; Trach. 1047. οἵαις οἷος ὢν ἐλαύνεται. Aj. 557. οἷος ἐξ οἵου 'τράφης. Cf. Ant. 847. El. 751. Aphthon. Progymn. p. 65. ed. Colon. οἵαν ἀνθ' οἵας ἀλλάσσομαι τύχην. Cf. Choricium in Villoison. Anecd. Gr. Tom. II. p. 20, 2. Casaub. ad Theophrast. p. 213. Wyttenbach. Bibl. Crit. III. ii. 21." Hæc enotavit doctissimus Blomfieldius; idem in proximo versu emendavit πάθῃ, Mus. Cr. I. p. 182. Omnes editores retinent solœcam locutionem πρὶν ἂν πάθοι.

147. Cum displiceret σώσασθαι in hac sententia, conjiciebam σώζεσθαι. idem facit Blomfieldius. σώσεσθαι Marklandus: hodie tamen vulgatum defendendum arbitror. Orest. 769. μολόντι δ' ἐλπὶς ἔστι σωθῆναι κακῶν; Iph. T. 1016. νόστον ἐλπίζω λαβεῖν.

149. οὐκοῦν omnes. sed ubique reponendum est apud scriptores istius ævi οὔκουν, (sive mavis οὐκ οὖν;) *nonne igitur;* quod alicubi monuit Elmsleius. ἐπ' αὐτοῖς Lasc. Ald. ἐπ' αὐτῇ e MSS. B. D. reponere volens Musgravius, typographi errore habet αὐτῇς; unde Gaisford. ἐπ' αὐτῆς edidit. αὐτὴν Fl.

150. Herod. V. 92. p. 423, 94. πέμψαντι γάρ οἱ (sc. Περιάνδρῳ) ἐς Θεσπρωτοὺς ἐπ' Ἀχέροντα ποταμὸν ἀγγέλους ἐπὶ τὸ νεκυομαντήϊον, παρακαταθήκης πέρι ξεινικῆς, οὔτε σημανέειν ἔφη ἡ Μέλισσα ἐπιφανεῖσα, οὔτε κατερέειν ἐν τῷ κέεται χώρῳ ἡ παρακαταθήκη· ῥιγοῦν τε γὰρ, καὶ εἶναι γυμνή· τῶν γάρ οἱ συγκατέθαψε ἱματίων ὄφελος εἶναι οὐδὲν, οὐ κατακαυθέντων.

151. ἴστω νυν Lasc. Aldus ceterique νῦν, quod vitium primus sustulit Gaisfordius. De verbis οἶδα, γιγνώσκω et similibus cum participio adhibitis vide nos ad Hipp. 304. ἴστω πορεύσας inf. v. 450. Confert Wakef. Stat. Theb. VII.

γυνή τ' ἀρίστη τῶν ὑφ' ἡλίῳ μακρῷ.
ΘΕ. πῶς δ' οὐκ ἀρίστη; τίς δ' ἐναντιώσεται;
τί χρὴ γενέσθαι τὴν ὑπερβεβλημένην
γυναῖκα; πῶς δ' ἂν μᾶλλον ἐνδείξαιτό τις
πόσιν προτιμῶσ', ἢ θέλουσ' ὑπερθανεῖν;
καὶ ταῦτα μὲν δὴ πᾶσ' ἐπίσταται πόλις·
ἃ δ' ἐν δόμοις ἔδρασε, θαυμάσει κλύων.

791. *Non aliter cæco nocturni turbine Cori Scit peritura ratis.* Porsonus Advers. p. 222. laudat Pausan. I. 6. p. 17, 14. Themist. Or. XXII. p. 265. A. Pausaniæ quidem locus est, εἰ δὲ ὁ Πτολεμαῖος οὗτος ἀληθεῖ λόγῳ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου παῖς ἦν, ἴστω τὸ ἐπιμανὲς ἐς τὰς γυναῖκας κατὰ τὸν πατέρα κεκτημένος. Themistii autem, ὅστις μὲν οὖν δὴ ὀλίγου ἄξιον τὸ πρᾶγμα νομίζει, ἴστω σφόδρα ὀλίγου ἄξιος ὤν. Ceterum εὐκλεὴς γυνὴ est *bonæ et integræ famæ mulier*, ut inf. v. 959. Hipp. 47. 491. 685. ubi de se Phædra—τοιγὰρ οὐκέτ' εὐκλεεῖς θανούμεθ'. Habent εὐκλεής γε Edd. εὐκλεής τε emendandum monuerunt Elmsl. et Tate. καταθανουμένη Lasc. qui v. seq. tribuit Θεραπαίνῃ.

152. Sic Lasc. γυνή γ' Ald. Tacite correxit Barnesius, ex emendatione scilicet Joannis Miltoni: et ita Markl. ἀρίστῃ Lasc.

153. τίς ἐναντιώσεται vertunt *Quis contradicet?* Rectius esset, *Quis certabit?*

154. Hæc verba, licet minime obscura, nemo interpretum recte cepit. Vertas, *What must the woman be who has surpassed her?* VV. DD. conjecturas sileo.

155. Eadem est constructio in Bacch. 47. θεος γεγὼς ἐνδείξομαι. Adeas notam infra v. 779. ὄμμα δ' οὐκ ἐδείκνυμεν ξενῷ Τέγγοντες. Wakef. attulit Div. Joann. XV. 13. μείζονα ταύτης ἀγαπὴν οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ.

158. θαυμάσῃς E. θαυμάσεις P. Lasc. Sed θαυμάζω futurum habet θαυμάσομαι, non θαυμάσω. Multa sunt verba, quæ futura formæ mediæ, nusquam autem activæ, apud Atticos saltem, adsciscunt: quod ut exemplis confirmem, verbis ἀκούω, σιγῶ, σιωπῶ, ᾄδω, βοῶ, ἁμαρτάνω, θνήσκω, πίπτω, κλάω, πλέω, πνέω, futura sunt ἀκούσομαι, σιγήσομαι, σιωπήσομαι, ᾄσομαι, βοήσομαι, ἁμαρτήσομαι, θανοῦμαι, πεσοῦμαι, κλαύσομαι, πλεύσομαι, πνεύσομαι. Alia hujusmodi non pauca reperies, quibus futurum formæ activæ aut nunquam aut rarissime tribuebant Attici. Nonnulla observata sunt apud veteres

ἐπεὶ γὰρ ᾔσθεθ' ἡμέραν τὴν κυρίαν
ἥκουσαν, ὕδασι ποταμίοις λευκὸν χρόα
1087. Citat Porsonus ad Phœn. 381. necnon Herc. F. 98. δακρυῤῥόους πηγάς. 625. νάματ' ὅσσων. ib. 449. δακρύων πηγάς. etiam Soph. Antig. 803. Trach. 854. 921. Ceterum ὦ τλήμων ἐγὼ, solennis senarii clausula, observante Porsono ad Hipp. 1458.

1088. Huc refer citata Hipp. 659.

1090. σὺ omittit Lasc. ὅστις ἐστὶ conjicit Tyrwh.

1091. Sic edidit Musgravius ex MSS. omnibus et Lasc. probante Tyrwhitto, et sequentibus nuperis editoribus. Habet Aldus εἶχον ἐκ Διὸς, quod defendi potest. Frequens est εἰ γὰρ optantis; sed notanda in hoc usu differentia indicativi et optativi: εἰ γὰρ εἶχον valet *utinam haberem*, εἰ γὰρ ἔχοιμι, *utinam habeam*, ut εἰ γὰρ—φανείης supra v. 91. Utriusque exempla obvia sunt. Noster Orest. 1596. Εἰ γὰρ κατέσχον, μὴ θεῶν κλεφθεὶς ὕπο. 1630. εἰ γὰρ τόδ' ἦν.

1093. πορσύναι ed. præter Matth.

1094. De locutionibus ἐβουλό-

οὐκ ἔστι τοὺς θανόντας εἰς φάος μολεῖν.
ΗΡ. μή νυν ὑπέρβαλλ', ἀλλ' ἐναισίμως φέρε.
ΑΔ. ῥᾷον παραινεῖν, ἢ παθόντα καρτερεῖν.
ΗΡ. τί δ' ἂν προκόπτοις, εἰ θέλοις ἀεὶ στένειν;

μην ἂν, ἤθελον ἂν, vid. Dawes. Misc. Cr. p. 237. Usum vocis που illustravit Porsonus Advers. p. 283.

1096. ὑπέρβαιν' Lasc. Ald. ὑπέρβαλ' B. D. Fl. et sic Wakef. Matth. minus recte; imperativus aoristi post μὴ non solet adhiberi. vid. Porson. ad Hec. 1174. Dedi de meo ὑπέρβαλλ', quod cum altero facillime confundi poterat. ὑπερβάλλειν, significans *modum excedere*, satis obvium est legentibus. Med. 127. τὰ δ' ὑπερβάλλοντ' Οὐδένα καιρὸν δύναται θνατοῖς. Hipp. 928. Δέδοικα, μή σου γλῶσσ' ὑπερβάλῃ κακοῖς. Aristoph. Plut. 109. Ἀτεχνῶς ὑπερβάλλουσι τῇ μοχθηρίᾳ. Deinde ἐναισίμως est καθηκόντως, interprete Scholiasta. ἐναίσιμον· καθῆκον, πρᾷον. Hesych. Legitur adverbium iu Æsch. Agam. 925. Adjectivum ibid. 784. et passim apud Homerum. Habet autem Lascaris αἰνεσίμως. Porsonus in Collatione Cod. Harl. Odyss. B. 159. ubi αἰνέσιμα pro ἐναίσιμα Codex, notat simile vitium in nostro loco, et in Æschylo Athenæi XV. p. 667. C. Ὕβριζ' ὑβρισμοὺς οὐκ αἰνεσίους ἐμοί. quod infeliciter tentarunt alii: corrigit Vir magnus ἐναισίους. De permutatis αι et ε videndus idem in Advers. p. 38. Quin et Scholiorum ed. Arsen. corruptius ἀλλ' αἰνέσιμος. Ceterum omnes editiones μὴ νῦν: non dubitavi edere encliticum, quod sententia videtur postulare. Neque timendum est de quantitate τοῦ νυν: Tragicos enim, non minus quam Comicos, nonnunquam producere hanc syllabam patebit, ut opinor, inspicienti Æsch. Theb. 228. 232. Soph. Electr. 316. ubi hoc argumentum attigi (*Mus. Cr.* I. p. 73.) loca quædam corrigens. In Orest. 785. legendum Ἕρπε νυν οἴαξ ποδός μοι. In hac re, frustra ad veteres edd. provocabis: in v. 1127. habet Lascaris Νίκα νῦν. οὐ μὴν ἀνδάνοντά μοι ποιεῖς. et supra v. 151. tantum non omnes Ἴστω νῦν εὐκλεής γε κατθανουμένη.

1097. " Hanc sententiam Dio Cassius mutuatur ab Euripide (p. 71. A.) ῥᾷον παραινέσαι ἑτέρους ἐστὶν, ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερῆσαι." *Barn.* Conf. Æsch. Prom. 271. Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τὸν κακῶς Πράσσοντ'. ubi vid. Blomfield.

1098. Significationem του προκόπτειν tractavi ad Hipp. 23. Con-

ΑΔ. ἔγνωκα καὐτός· ἀλλ' ἔρως τίς μ' ἐξάγει.
ΗΡ. τὸ γὰρ φιλῆσαι τὸν θανόντ' ἄγει δάκρυ.
ΑΔ. ἀπώλεσέν με, κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω.
ΗΡ. γυναικὸς ἐσθλῆς ἤπλακες· τίς ἀντερεῖ;
ΑΔ. ὥστ' ἄνδρα τόνδε μηκέθ' ἥδεσθαι βίῳ.
ΗΡ. χρόνος μαλάξει, νῦν δ' ἔθ' ἡβᾷ σοι, κακόν.

feras Hec. 954. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ Θρηνεῖν, προκόπτοντ' οὐδὲν εἰς πρόσθεν κακῶν; Alcæi Fragm. iii. Οὐ χρὴ κακοῖσιν θῦμον ἐπιτρέπην· Προκόψομες γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι. Pro θέλοις, quod habent Lasc. et Ald. θέλεις e MSS. dedit Wakefieldius cum recentioribus: sed alterum rectius, ut mihi videtur.

1099. Elmsleius delet μ', propter metrum, censens talem versum canoni Porsoniano de quinto senarii pede repugnare. Videas ipsum in doctissima Censura Hecubæ (*Edinb. Rev.* T. XIX. p. 78.) Fateor iambum fore numerosiorem: nec tamen ausus essem omnes hujusmodi versiculos sollicitare; quod fecit Elmsleius. Vulgatum tuetur Suppl. 79. Ἄπληστος ἅδε μ' ἐξάγει χάρις γόων.

1102. γ. ἐ. ἤ. eadem verba supra v. 430. ἤμπλακες Lasc. Ald.

1104. χρόνος μαλάξει σ' supra v. 391. q. v. Deinde ἡβᾷ σοι κακὸν Lasc. Ald. et MSS. mutandum censuerunt Valckenaerius et Porsonus; hujus verba sunt (Præf. ad Hec. p. xxxiii.) "Est versus Alcest. 1106. (Musgr.) Χρόνος μαλάξει, νῦν δ' ἔθ' ἡβᾷ σοι κακὸν, qui ex iis, quæ modo dixi, non incommode defendi potest. Verum quis reponere dubitabit e Galeno IV. de Dogm. Hippocr. et Plat. T. I. p. 283, 55. ed. Bas. Tom. V. p. 152. Charter. quem indicavit Valckenaerius Diatrib. p. 28. B. C. Χρόνος μαλάξει, νῦν δ' ἔθ' ἡβάσκει, κακόν?" Et sic quidem edidere Gaisfordius et Matthiæus, probante Elmsleio (*Edinb. Rev.* T. XIX. p. 81.) Verum controversiam movet Blomfieldius: "Porsoni pace dixerim, veram puto vulgarem lectionem ἡβᾷ σοι κακόν. Vox ἡβάσκειν, qua nusquam alias utitur Euripides, significat *rejuvenescere, to grow young,* ut γηράσκειν est *senescere.*" Habet quidem Hesychius ἡβάσκοντες· ἐκ δευτέρου νεάζοντες, ἢ αὐξάνοντες. Photius tamen ἡβάσκει· ἀκμάζει. quæ interpretatio nostro loco satis conveniret: Et usurpatur plerumque ἡβάσκειν de pueris pubescentibus, ut Xen. Anab. VII. iv. καλὸν παῖδα ἡβάσκοντα ἄρτι. Vid. Pierson. ad Mœr. p. 180. Sed quidquid de significatione hujus verbi statuetur, desidero exemplum

ΑΔ. χρόνον λέγοις ἂν, εἰ χρόνος τὸ κατθανεῖν.
ΗΡ. γυνή σε παύσει, καὶ νέου γάμου πόθος.
ΑΔ. σίγησον· οἷον εἶπας· οὐκ ἂν ᾠόμην.
ΗΡ. τί δ᾽; οὐ γαμεῖς γὰρ, ἀλλὰ χηρεύσεις μόνος;
ΑΔ. οὐκ ἔστιν ἥτις τῷδε συγκλιθήσεται.
ΗΡ. μῶν τὴν θανοῦσαν ὠφελεῖν τι προσδοκᾷς;
ΑΔ. κείνην, ὅπου πέρ ἐστι, τιμᾶσθαι χρεών.
ΗΡ. αἰνῶ μὲν, αἰνῶ· μωρίαν δ᾽ ὀφλισκάνεις.
ΑΔ. ὡς μήποτ᾽ ἄνδρα τόνδε νυμφίον καλῶν.
ΗΡ. ἐπῄνεσ᾽, ἀλόχῳ πιστὸς οὕνεκ᾽ εἶ φίλος.
ΑΔ. θάνοιμ᾽, ἐκείνην, καίπερ οὐκ οὖσαν, προδούς.
ΗΡ. δέχου νυν εἴσω τήνδε γενναίαν δόμων.
ΑΔ. μὴ, πρὸς σὲ τοῦ σπείραντος ἄντομαι Διός.
ΗΡ. καὶ μὴν ἁμαρτήσει γε, μὴ δράσας τάδε.

ejus apud veteres Græciæ poetas: quapropter alteram lectionem ἥβᾳ σοι revocandam esse judicavi.

1105. λέγεις Lasc. Hunc solœcismum repetunt Kuinoel. Wagner.

1106. πόθοι Lasc.

1108. χηρεύεις μόνος Lasc. Ald. et editores, præter Musgrav. Gaisford. et Matthiæ. qui χηρεύσει λέχος ex B. D. Fl. Prætuli lectionem editionum, correcto tantum χηρεύσεις. Credibile est hunc locum respexisse Virgilium, Æn. IV. 32. *Solane perpetua mærens carpere juventa? Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris? Id cinerem aut manes credis curare repostos?*

1109. τῷδε· δεικτικῶς, ἐμοί. Schol. Vid. ad v. 341.

1111. Elmsleius ad Heracl. 946. observat verba ὅπου πέρ ἐστι in hoc versu, et καίπερ οὐκ οὖσαν infra 1115. manifesto idem significare.

1112. μωρίαν ὀφλισκάνειν est in Med. 1224. Iph. T. 488. Alcmæon. Fragm. V.

1114. ἐπῄνεσ᾽. de tali usu aoristi vid. ad Hipp. 1403.

1116. δέχου νῦν editiones non paucæ post Stiblinianam. γενναίων B. D. Fl. et sic Matth.

1117. Hæc formula adjurandi multis illustrata est ad Hipp. 603. vide supra v. 285. Intelligitur μὴ βιάζου, aut quiddam ejusmodi.

ΑΔ. καὶ δρῶν γε, λύπῃ καρδίαν δηχθήσομαι.
ΗΡ. πιθοῦ· τάχ' ἂν γὰρ εἰς δέον πέσοι χάρις.
ΑΔ. φεῦ. εἴθ' ἐξ ἀγῶνος τήνδε μὴ 'λαβές ποτε.
ΗΡ. νικῶντι μέντοι καὶ σὺ συννικᾷς ἐμοί.
ΑΔ. καλῶς ἔλεξας· ἡ γυνὴ δ' ἀπελθέτω.
ΗΡ. ἄπεισιν, εἰ χρή· πρῶτα δ', εἰ χρεὼν, ὅρα.
ΑΔ. χρὴ, σοῦ γε μὴ μέλλοντος ὀργαίνειν ἐμέ.
ΗΡ. εἰδώς τι κἀγὼ τήνδ' ἔχω προθυμίαν.
ΑΔ. νίκα νυν. οὐ μὴν ἀνδάνοντά μοι ποιεῖς.
ΗΡ. ἀλλ' ἔσθ' ὅθ' ἡμᾶς αἰνέσεις· πιθοῦ μόνον.
ΑΔ. κομίζετ', εἰ χρὴ τήνδε δέξασθαι δόμοις.
ΗΡ. οὐκ ἂν μεθείην τὴν γυναῖκα προσπόλοις.
ΑΔ. σὺ δ' αὐτὸς αὐτὴν εἴσαγ', εἰ δοκεῖ, δόμους.

1119. Incertus Rhes. 596. *λύπῃ καρδίαν δεδηγμένοι*; ubi contulit Barnesius Arist. Acharn. 1. *Ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν.*

1121. *μὴ λάβοις* Ald. *μή 'λαβες* Lasc. *μὴ 'λάβες* B. D. Fragm. Musgr. Gaisf. Matth. Recte Tyrwhittus *μὴ "λαβες.* Repetenda sunt quæ notavi supra ad v. 1091.

1123. *καλῶς ἔλεξας* usitatissimam esse Euripidi formulam notavit Valckenaerius ad Hipp. 715.

1124. *ἄθρει* pro *ὅρα* tres MSS. B. D. Fl. et sic Matthiæ.

1125. Hactenus *ἐμοὶ* omnes: verum *ὀργαίνειν* est *irritare*; Soph. Œd. T. 334. *Οὐκ, ὦ κακῶν κάκιστε, (καὶ γὰρ ἂν πέτρου Φύσιν σύ γ' ὀργήνειας) ἐξερεῖς ποτε*; ibi Gloss. *εἰς ὀργὴν κινήσειας.* Extat verbum in Trach. 552. Correxi *ἐμέ.*

1127. *νῦν* Lasc. Vid. ad v. 1096.

1128. *ἔσθ' ὅτε*, ***aliquando***, interprete Musgravio ad Suppl. 1150. ubi nunc legitur, ex emendatione Tyrwhitti, *Ἆρ' ἔσθ' ὅτ' Ἀσωποῦ με δέξεται γάνος*;

1130. *μεθείμην* B. D. Fl. Verum *μεθιέναι* accusativum, *μεθίεσθαι* genitivum adsciscit, docente Dawesio Misc. Cr. p. 236. Iidem codices pro *τὴν* habent *σοῖς*, quod miror probasse Valckenaerium (ad Phœn. 522.) et edidisse Matthiæum.

1131. Hactenus editum est *δόμοις.* Emendavi *δόμους*, quod syntaxin flagitare arbitror, consentiente Viro docto Jacobo Tate.

ΗΡ. εἰς σὰς μὲν οὖν ἔγωγε θήσομαι χέρας.
ΑΔ. οὐκ ἂν θίγοιμ'· δῶμα δ' εἰσελθεῖν πάρα.
ΗΡ. τῇ σῇ πέποιθα χειρὶ δεξιᾷ μόνῃ.
ΑΔ. ἄναξ, βιάζει μ' οὐ θέλοντα δρᾷν τάδε.
ΗΡ. τόλμα προτείνειν χεῖρα, καὶ θιγεῖν ξένης.
ΑΔ. καὶ μὴν προτείνω, Γοργόν' ὡς καρατόμῳ.
ΗΡ. ἔχεις; ΑΔ. ἔχω. ΗΡ. ναὶ, σῶζέ νιν· καὶ τὸν Διὸς

1136. Omnes editi consentiunt in *θίγειν*, scil. a *θίγω*, quod verbum est nihili. Aliam lectionem exhibet Cod. Fl. *πρότεινε—θίγε*, quam veram esse censet Valckenaerius ad Phœn. 458. et recepit Matthiæus; nec ego repugno; sed vulgatam lectionem, quæ est in edd. et ceteris MSS. nolo temere mutare.

1137. *καὶ δὴ* Flor. probante ibidem Valck. sine causa idonea, ut opinor. Deinde notanda elisio rara apud Atticos in fine dativi singularis. Non assentior Elmsleio ad Heracl. 693. emendanti *Γοργόν' ὡς καράτομον*, subaudito *οὖσαν*. Videas tamen ingeniosam ejus notam in Addendis, ubi alia hujus elisionis exempla corrigere aut expedire tentat: Quædam autem loca indubiæ, ut mihi videtur, fidei prætermisit Vir doctissimus. Noster Æol. Fragm. vi. *Ἃ μὴ γάρ ἐστι τῷ πένηθ', ὁ πλούσιος Δίδωσιν.* ut Philemon Fragm. 74. p. 366. ed. Cler. *πρόσεστι δὲ τῷ πένητ' ἀπιστία.* Vid. Bentl. Emend. in Men. p. 131. Æsch. Pers. 855. legebatur *Ὑπαντιάζειν παίδ' ἐμῷ πειράσομαι*, quod ex conjectura mutatum esse nollem. Equidem in Soph. Œd. Col. 1435. *Σφῷν δ' εὐοδοίη Ζεὺς, τάδ' εἰ τελεῖτέ μοι Θανόντ'*, dativum esse *Θανόντ'* nullus dubito. Cum Elmsleio facit Lobeckius ad Soph. Aj. 801. aliter tamen censuit Porsonus, harum rerum judex longe peritissimus. Vid. Suppl. Præf. ad Hec. p. xxii. Ceterum recte Valck. explicat locutionem Γ. ὠ. κ. per *facie aversa*, nostra conferens cum loco Phœnissarum (v. 465. ed. Pors.) *Οὐ γὰρ τὸ λαιμότμητον εἰσορᾷς κάρα Γόργους, ἀδελφὸν δ' εἰσορᾷς ἥκοντα σόν. Σύ τ' αὖ πρόσωπον πρὸς κασίγνητον στρέφε, Πολύνεικες.*

1138. Omnes edd. Admeto tribuunt *ἐχὼ ναί.* Sed vocula *ναὶ* orationem, ni fallor, inchoare debet. Cum nostra loquendi formula congruit Orest. 147. ΧΟ. *Ἴδ' ἀτρεμαίαν ὡς ὑπώροφον Φέρω βοάν.* ΗΛ. *ναὶ, οὕτω Κάταγε, κάταγε.*

φήσεις ποτ' εἶναι παῖδα γενναῖον ξένον.
βλέψον δ' ἐς αὐτὴν, εἴ τι σῇ δοκεῖ πρέπειν
γυναικί· λύπης δ' εὐτυχῶν μεθίστασο.
ΑΔ. ὦ θεοὶ, τί λέξω; θαῦμ' ἀνέλπιστον τόδε·
γυναῖκα λεύσσω τήνδ' ἐμὴν ἐτητύμως,
ἢ κέρτομός με θεοῦ τις ἐκπλήσσει χαρά;
ΗΡ. οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ τήνδ' ὁρᾷς δάμαρτα σήν.
ΑΔ. ὅρα γε, μή τι φάσμα νερτέρων τόδ' ᾖ.
ΗΡ. οὐ ψυχαγωγὸν τόνδ' ἐποιήσω ξένον.
ΑΔ. ἀλλ', ἣν ἔθαπτον, εἰσορῶ δάμαρτ' ἐμήν;
ΗΡ. σάφ' ἴσθ'· ἀπιστεῖν δ' οὔ σε θαυμάζω τύχῃ.

Deinde edidi de meo σῶζέ νιν, licet ceteri habeant σῶζε νῦν. In Med. 181. 'Αλλὰ βᾶσά νιν Δεῦρο πόρευσον οἴκων Ἔξω, φίλα, habet Lascaris βᾶσα νῦν. In Bacch. 32. vulgabatur Τοιγὰρ νῦν αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ' ἐγὼ Μανίαις, sed ex errore secundæ Hervagianæ; recte enim Ald. Herv. 1. et Brubach. Τοιγάρ νιν—. Has voces alibi confusas vidi. καὶ σῶζε νῦν Wakef. minus recte. σῶζέ νυν Matth.

1140. σῇ pro σοι ex conjectura Marklandi et Musgravii adoptavimus; nec aliter Gaisfordius. πρέπω, *similis sum*, citatur Viris doctis ex Bacch. 915. Πρέπεις δὲ Κάδμου θυγατέρων μορφὴν μιᾷ. Pind. Pyth. ii. 69. Εἶδος γὰρ ὑπεροχωτάτᾳ Πρέπεν οὐρανίᾳ Θυγατέρι Κρόνου.

1142. Hanc scenam comparabit lector cum catastropha pulcherrimæ Shakespearii nostri fabulæ, cui titulus *The Winter's Tale*.

1143. λεύσσων Lasc. Ald. Barnesius λεύσσω e correctione Duporti; et sic B. Fl.

1144. ἢ pro ἣ edd. ante Barnes. ἐμπλήσσει Ald. et sic vulgo. Correxit Musgr. ἐκπλήσσει ex MSS. et Lasc. ἐμπλήσει Fragm. Notanda est ellipsis præpositionis ἐκ vel πρός.

1145. Conjecere Marklandus et Jacobsius ἀλλ' αὐτὴν ὁρᾷς δάμαρτα σήν. infeliciter sane. Vide Schaeferum Mel. Crit. p. 77. qui nostrum locum optime illustravit. Usus vocis τήνδε hic et in v. 1143. non abludit ab eo quem attigimus supra ad v. 137.

1147. Conjicit Wakefieldius σὺ ψυχ. planissime contra sensum. De v. ψυχαγωγὸς vid. H. Steph. Thes. Ling. Gr. IV. p. 752. E.

1149. τύχην vulgo. τύχῃ emen-

ΑΔ. θίγω, προσείπω ζῶσαν ὡς δάμαρτ' ἐμήν;
ΗΡ. πρόσειπ'· ἔχεις γὰρ πᾶν, ὅσονπερ ἤθελες.
ΑΔ. ὦ φιλτάτης γυναικὸς ὄμμα, καὶ δέμας,
ἔχω σ' ἀέλπτως, οὔποτ' ὄψεσθαι δοκῶν;
ΗΡ. ἔχεις· φθόνος δὲ μὴ γένοιτό τις θεῶν.
ΑΔ. ὦ τοῦ μεγίστου Ζηνὸς εὐγενὲς τέκνον,
εὐδαιμονοίης, καί σ' ὁ φιτύσας πατὴρ
σώζοι· σὺ γὰρ δὴ τἄμ' ἀνώρθωσας μόνος.
πῶς τήνδ' ἔπεμψας νέρθεν εἰς φάος τόδε;
ΗΡ. μάχην ξυνάψας νερτέρων τῷ κοιράνῳ.

datio est Reiskii, quam receperunt Wakefield. Wagner. et Matthiæ. recte omnino.

1153. Hic versus vulgo sine interrogatione legitur.

1154. Veteres solebant graves fortunæ vices Deorum invidiæ referre. Vid. Æsch. Pers. 367. οὐ ξυνεὶς δόλον Ἕλληνος ἀνδρὸς, οὐδὲ τὸν θεῶν φθόνον. ibi citat Blomfieldius in Glossario Orest. 963. Φθόνος νιν εἷλε θεόθεν. Suppl. 347. εἰ δὲ μὴ, βίᾳ δορὸς Ἤδη τόδ' ἔσται, κοὐχὶ σὺν φθόνῳ θεῶν. Iph. A. 1097. Μή τις θεῶν φθόνος ἔλθοι. Herod. III. 40. Ἄμασις Πολυκράτει ὧδε λέγει· Ἡδὺ μὲν πυνθάνεσθαι ἄνδρα φίλον καὶ ξεῖνον εὖ πρήσσοντα·— ἐμοὶ δὲ αἱ σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσιν, ἐπισταμένῳ τὸ θεῖον, ὡς ἔστι φθονερόν. VII. 46. ὁ δὲ θεὸς, γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα, φθονερὸς ἐν αὐτῷ εὑρίσκεται ἐών. Adjici potest Pind. Isthm. VII. 55. ὁ δ' ἀθανάτων Μὴ θρασσέτω φθόνος. Soph. Philoct. 776. Ἰδοὺ δέχου, παῖ· τὸν φθόνον δὲ πρόσκυσον, Μή σοι γενέσθαι πολύπον' αὐτά. Conferas Valck. ad Herod. p. 216, 59.

1156. φυτεύσας omnes ante Musgravium: redeas ad notata supra v. 305.

1157. Ita Lasc. Musgr. Schaef. cum Codd.; tantum E. habet τάμά γ' ὤρθωσας, quod ab altero depravatum est. Ceteræ editiones sequuntur Aldum legentem σὺ γὰρ τἄμ' ἐξανώρθωσας μόνος. Frequentia sunt ἀνορθοῦν, et ἐπανορθοῦν: ἐξανορθοῦν vero non alibi offendi, et nolim vocabulum unius Aldinæ auctoritate in singulari versu tueri: credo equidem confictum fuisse ad supplendum metrum, quod, intercidente δὴ, hiabat.

1159. Habent Lasc. Ald. δαι-

ΑΔ. ποῦ τόνδε Θανάτῳ φῂς ἀγῶνα συμβαλεῖν;
ΗΡ. τύμβον παρ' αὐτὸν ἐκ λόχου μάρψας χεροῖν.
ΑΔ. τί γάρ ποθ' ἥδ' ἄναυδος ἕστηκεν γυνή;
ΗΡ. οὔπω θέμις σοι τῆσδε προσφωνημάτων
κλύειν, πρὶν ἂν θεοῖσι τοῖσι νερτέροις
ἀφαγνίσηται, καὶ τρίτον μόλῃ φάος.
ἀλλ' εἴσαγ' εἴσω τήνδε· καὶ, δίκαιος ὢν,
τολοιπὸν, Ἄδμητ', εὐσέβει περὶ ξένους.
καὶ χαῖρ'· ἐγὼ δὲ τὸν προκείμενον πόνον
Σθενέλου τυράννῳ παιδὶ πορσυνῶ μολών.
ΑΔ. μεῖνον παρ' ἡμῖν, καὶ ξυνέστιος γενοῦ.
ΗΡ. αὖθις τόδ' ἔσται· νῦν δ' ἐπείγεσθαί με δεῖ.

μόνων τῷ κοιράνῳ, et sic vulgo: nec tamen video quo pacto intelligere posset Admetus per hunc titulum designari Θάνατον. Idem prorsus valet δαίμονες et θεοί. Exponit Scholiasta, ἢ τῷ τῶν νεκρῶν κυρίῳ: igitur nihil dubitans emendavi νερτέρων, post Jacobsium Animadv. p. 36. et sic Wagner. Matthiæ. Conf. supra v. 859. Ἐλθὼν δ' ἄνακτα τὸν μελάμπεπλον νεκρῶν Θάνατον φυλάξω. Scripsit Matthiæus τῷ κυρίῳ ex B. D. Fl. et Scholio; sed vulgatum, me quidem judice, longe præstat.

1165. ἀφαγνίζειν non *purificare*, sed *desecrare* vertendum monet Heath. allegans v. 75. Ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν, Ὅτου τόδ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσῃ τρίχα. ubi de contraria ceremonia dicitur ἁγνίζειν.

1166. Ita Lasc. Ald. Brub. et H. Steph. Mendam typotheticam σήνδε ex Herv. 1. editores non pauci acceperunt. Deinde δίκαιος ὢν interpretatur Marklandus *quemadmodum debes*. Satis frequenter legitur δίκαιός εἰμι ποιεῖν τι. *par est me facere aliquid*, ut Suppl. 186. Ἐγὼ δίκαιός εἰμ' ἀφηγεῖσθαι τάδε, ubi vid. Markl. Heracl. 143. δίκαιοι δ' ἐσμὲν — κυρίους κραίνειν δίκας. 775. οὐ γὰρ ἐμᾷ γ' ἀρετᾷ Δίκαιός εἰμ' ἐκπεσεῖν μελάθρων. In Hipp. 1302. legendum censeo Ὁ δ', ὥσπερ ἦν δίκαιος, οὐκ ἐφέσπετο Λόγοισιν. Vide Wesselingium ad Herod. IX. 60.

1171. Hunc versum citavi ad

ΑΔ. ἀλλ' εὐτυχοίης, νόστιμον δ' ἔλθοις ὁδόν.
ἀστοῖς δὲ, πάσῃ τ' ἐννέπω τετραρχίᾳ,
χοροὺς ἐπ' ἐσθλαῖς ξυμφοραῖσιν ἱστάναι,

Hipp. 896. agens de significatione vocis αὖθις.

1172. Ita Musgravius, recte. Legitur in Lasc. et Ald. νόστιμον δ' ἔλθοις δόμον, quæ cum manifesto vitiosa essent, dedit Barnesius de suo νόστιμος. Exhibent B. D. νόστιμον—πόδα, et ὁδὸν pro varia lectione. Tres istas varietates memoravit Scholiasta: eam, quam prætuli, probavit Canterus, edidere Musgr. Gaisford. et Matthiæ.

1173. Hic quoque depravata erat in edd. ante Musgravium lectio. Habet Lascaris πασιν et τετραρχία. Aldus πᾶσί τ'—τετραρχία, et sic quidem Hervagius in prima; in secunda autem πᾶσί τ' ἐννέπω τετραρχίαις, quod repetitum est in sequentibus. Veram scripturam servant B. D. Fl. et Fragm. Ceterum quæ sequuntur habet Photius, v. τετραρχία. Τεττάρων μερῶν ὄντων τῆς Θετταλίας, ἕκαστον μέρος τετρὰς ἐκαλεῖτο. ὄνομα δέ φησιν εἶναι τοῖς τετάρσιν, Θετταλιῶτιν, Φθιῶτιν, Πελασγιῶτιν, Ἑστιαιῶτιν. καὶ Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ κοινῇ Θετταλῶν πολιτείᾳ, ἐπὶ Ἀλεύα τοῦ Πύῤῥου διῃρῆσθαί φησιν εἰς τέτταρας μοίρας τὴν Θετταλίαν. Eadem Suidas et Harpocratio: ex hoc legendum—ἐκαλεῖτο· καθά φησιν Ἑλλάνικος ἐν τοῖς Θετταλικοῖς. Grammatici respexere Demosth. Phil. III. p. 117, 26. ed. Reisk. Vid. Alberti. ad Hesych. v. τετράρχαι.

1174. Respexit Poeta veterem popularium suorum consuetudinem: exscribam locum Demosthenis κατὰ Μειδίου, p. 530, 22. ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι τοὺς χοροὺς ὑμεῖς ἅπαντας τούτους καὶ ὕμνους τῷ θεῷ ποιεῖσθε, οὐ μόνον κατὰ τοὺς νόμους τοὺς περὶ τῶν Διονυσίων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς μαντείας, ἐν αἷς ἁπάσαις ἀνῃρημένον εὑρήσετε τῇ πόλει, ὁμοίως ἐκ Δέλφων καὶ ἐκ Δωδώνης, χοροὺς ἱστάναι κατὰ τὰ πάτρια, καὶ κνισσᾷν ἀγυιὰς, καὶ στεφανηφορεῖν. Sequitur oraculum, cujus ultima sunt, Μεμνῆσθαι Βάκχοιο, καὶ εὐρυχόρους κατ' ἀγυιὰς Ἱστάναι ὡραίων Βρομίῳ χάριν ἅμμιγα πάντας, Καὶ κνισσᾷν βωμοῖσι κάρη στεφάνοις πυκάσαντας. ibidem videas alia hujusmodi, et in Oratione Πρὸς Μακάρτατον, p. 1072. ubi oraculum Delphicum Dorice loquitur: Ἀπόλλωνι Ἀγυιεῖ, Λητοῖ, Ἀρτέμιδι, καὶ τὰς ἀγυιὰς κνισσῇν, καὶ κρατῆρας ἱστάμεν καὶ χοροὺς, καὶ στεφανηφορεῖν καττὰ πάτρια θεοῖς Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίαις, κ. τ. λ. Hanc rem spectat Aristophanes Av. 1230. Ἐγώ; πρὸς ἀνθρώπους πέτομαι παρὰ τοῦ πατρὸς, Φράσουσα θύειν τοῖς Ὀλυμπίοις θεοῖς, Μηλοσφαγεῖν τε βου-

βωμοὺς τε κνισσᾶν βουθύτοισι προστροπαῖς.
νῦν γὰρ μεθημόσμεσθα βελτίω βίον
τοῦ πρόσθεν· οὐ γὰρ εὐτυχῶν ἀρνήσομαι.

ΧΟ. πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων,
πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί·
καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός.
τοιόνδ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

θύτοις ἐπ' ἐσχάραις, Κνισσᾶν τ' ἀγυιάς. et Eq. 1320. Τίν' ἔχων φήμην ἀγαθὴν ἥκεις, ἐφ' ὅτῳ κνίσσωμεν ἀγυιάς;

1175. Variam lectionem ὁδοὺς vel ὁδὸν pro βωμοὺς memorat Barnesius, e conjectura cujusdam, ut opinor: vid. not. præced. Propendeo in Blomfieldii mei sententiam scribentis κνίσα et κνισᾶν pro vulgatis κνίσσα et κνισσᾶν: vid. ad Æsch. Prom. 505. Illam certe scripturam tuentur Grammatici. Vid. Albert. ad Hesych. v. κνίσα· ἀτμὸς, καπνὸς τῶν θυσιῶν. Deinde προτροπαῖς mendose Aldus et sequentes ante Barnesium. προστροπαῖς, quod correxerat Canterus, habent Fl. P. Lasc.

1177. Hanc constructionem habet ἀρνεισθαι in Orest. 1597. Ἀρνεῖ κατακτὰς, κἀφ' ὕβρει λέγεις τάδε;

1178. Iisdem anapæsticis clauduntur quatuor aliæ Euripidis fabulæ, Medea, Andromacha, Bacchæ, et Helena, excepto quod in Medea, vice hujus versiculi, alius legitur, Πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ.

1179. Hunc v. cum duobus sequentibus habet Stobæus Exc. p. 765. Grot.

1181. εὗρεν edd. plurimæ post Herv. 2. Confer. Iph. T. 895.

ΤΕΛΟΣ ΑΛΚΗΣΤΙΔΟΣ.

# EURIPIDIS ALCESTIS

*Georgio Buchanano Interprete.*

APOLLO.

O TECTA chara regis Admeti, in quibus
Convictor esse pertuli servis Deus.
Huc me coëgit, filium Æsculapium
Flammis trisulcis quum peremit, Jupiter:
Ego impotenti sævus ira fulminis
Fabros Cyclopas perimo; pœnas ut darem,
Mortalis esse me viri servum pater
Voluit: profectus igitur huc, pecus hospitis
Pavi, domumque præstiti incolumem hactenus,
Ut sancta sancto quæ Pheretis filio
Pareret: ipsum liberavi e faucibus
Leti imminentis, præoccupans Parcas dolo:
Namque annuerunt mihi deæ, ut subducerem
Admetum ab Orco, et funus in præsentia
Aliud loco ejus Manibus supponerem.
Quumque ambiisset ille amicos, omnium
Expertus animos, patris, ac matris senis
Quæ peperit ipsum, nemo præter conjugem
Inventus unam est, sponte quæ prior mori
Voluit, nec alma luce postea frui.
Ea bajulatur nunc manus inter domi,
Frigente sensim corpore; hæc etenim dies
Decreta fato est, morte vitam ut exuat.
Sed funus hîc ne polluat me, desero
Charos penates. Mortuorum sed prope
Thanatos sacerdos advenit, sub Tartara
Rapturus illam: tempori vero huc adest,
Hunc præstitutum mortis observans diem.

THANATOS.

Ha, ha, ha, ha.
Quid tibi tandem hic, Phœbe, negotî?
Quid oberras hæc limina propter?
Iterum injurius es diis Stygiis,
Quorum aboles ac tollis honores.
Non sat erat tibi, morti Admeti
Injecisse moram, arte dolosa
Circumventis Parcis? Iterum
Arcitenentem cur modo dextram
Armatus ades, Peliæ observans
Natam, quæ pro conjuge charo est
Pollicita mori?

AP. Bono animo es: æquum jusque fasque poscimus.
TH. Quorsum igitur arcu, justa si petis, est opus?
AP. Hæc arma semper ferre consuetum est mihi.
TH. Opemque ferre præter æquum his ædibus?
AP. Hominis amici mihi dolori est calamitas.
TH. Etiam hoc secundo fraudor abs te funere?
AP. Atqui nec illud abstuli invito tibi.
TH. Cur vivit ergo, nec apud inferos agit?
AP. Sponsæ redemptus morte, quam tu nunc petis.
TH. Et quam silentes mortuam ad Manes agam.
AP. Perge, aufer: etenim nescio an persuasero.
TH. Mî? munus ipsum cujus est occidere.
AP. Minime; morantes morte sed tollere senes.
TH. Quo verba spectent et voluntas tua, scio.
AP. Alcestidi ergo non licet senio frui.
TH. Non licet: honores, Phœbe, nos etiam juvant.
AP. Nil præter animam poteris unam tollere.
TH. Ex morte juvenum majus accedet decus.
AP. At vetula moriens ditius tumulabitur.
TH. Lex hæc rem habentes, Phœbe, solos respicit.
AP. Quid? tu sophistes, insciis nobis, eras.

Th. Res ampla quibus est, redimerent mortis moras.
Ap. Non ergo visum est tibi facere gratum hic mihi?
Th. Minime: ipse morum non meorum ignarus es.
Ap. Quos nec deorum nec hominum ullus diligit.
Th. Haud cuncta poteris præter æquum consequi.
Ap. At reprimetur ista sæva immanitas,
Quamlibet acerba; talis accedet domum
Pheretis hospes, imperante Eurystheo,
Thrace ab nivosa quadrijugos abducere.
Acceptus hospes ille in Admeti domum
Vi tollet istam fœminam tibi; neque
Hanc a me inibis gratiam, et, quum ingratiis
Eadem peregeris, odio esse haud desines.
Th. Ut multa dicas, nil tamen profeceris.
Hæc mulier Orci pallidam viset domum;
Properoque ad ipsam, ut ense delibem comam:
Damnatus ille Manibus deis erit,
Cuicunque ferrum hoc verticem libaverit.

CHORUS.

Quæ pro foribus taciturna quies?
Cur conticuit domus Admeti?
Sem. Nullus adest qui narret amicus,
An lugenda est filia Peliæ
Alcestis ceu mortua, an aura
Fruitur supera, quæ optima longe
Mihique et cunctis fœmina visa est
In conjugem fuisse?
Sem. Auditne quisquam lacrymarum aut planctuum
Sonum per ædes, flentium aut suspiria?
Sem. Minime. Sed neque famulûm quisquam
Ad vestibulum est. Utinam, O Pœan,
Auxiliator in hac clade adsis,
Atque salutifer aspiciare.
Sem. Nec tacita domus defuncta esset

Domina: nec clam condita tumulo est.
SEM. Unde? haud video quid te recreet.
SEM. Tamne probam clam populo Admetus
Conjugem humasset funere vili?
SEM. Nec ante portas conspicor
Fontanæ aquæ lavacra, ceu
Ad mortuorum januas
Assuevit: aut propter fores
Abscissa coma est posita, in luctu
Quæ funereo cæditur, usquam,
Neque virgineum perstrepit agmen.
SEM. Atqui hæc fuerat præscripta dies,
Qua tenebrosum viseret Orcum.
SEM. Quorsum hæc memoras?
SEM. Pupugisti cor, pupugisti animum.
CH. Quum bonos Parcæ rapiunt severæ,
Qui bonus vixit teneris ab annis,
Jure eos luget. Neque enim Chimeræ
Arva si remis adeas, vel æstu
Semper arentes Garamantum arenas,
Templaque Ammonis, miseræ prece umbras
Faucibus tetri rapies ab Orci.
Mors gradu tristis properat citato;
Nec focos juxta video deorum
Quem sacerdotum precibus fatigem.
Si modo argutis oculis decorus
Filius Phœbi hac frueretur aura,
Illa, desertis Stygiis tenebris
Noctis et portis, Acheronte ab ipso
Viva rediret.
Namque defunctos revocabat Orco,
Antequam telo trifido timendus
Jupiter sævos jaculatus ignes,
Perculit illum.
Nulla spes vitæ reliqua est: peregit

Cuncta rex; omnes pecudum cruentis
Stragibus divûm cumulantur aræ,
Nec mali est usquam fuga certa certi.
Sed uda lacrymis quæpiam egreditur domo
Ancilla. Miserum me, quid afferet novi?
Veniam meretur luctus hic, si quicquam heris
Accidit acerbum: scire at illud gestio,
Vita fruatur mulier, an jam perierit.

ANCILLA.

Vivam vocare, et mortuam pariter licet.
CH. Quî poterit idem vivus esse et mortuus?
AN. Vix ducit ægra spiritum ad thalami fores.
CH. Uxore quali qualis orbabere miser?
AN. Jam conjuge orbus dominus istud sentiet.
CH. Nec spes salutis ulla restat amplius?
AN. Fati prementis instat illi terminus.
CH. Ergo apparantur justa rite funeri?
AN. Mundus paratus est, quem humo condat simul.
CH. Præstante sese conjuge orbatum sciat,
Sub orbe cœli nulla qua melior fuit.
AN. Quidni? quis aliter sentiat? quî fœmina
Potuisset ulla facere gloriosius,
Suumque amorem prodere manifestius
Erga maritum, quam suam si impenderit
Vitam illi? at ista cuncta novit civitas;
At obstupesces, si modo audies domi
Quæ perpetrarit. Destinatum quum diem
Adesse sensit, lauta vivo flumine
Corpus decorum, cedrino ex armario
Effert amictum: compta deinde splendide
Mundo superbo, constitit domesticam
Vestam ante, tales ora solvens in preces:
"O dea, ego tristes abeo ad umbrarum domos:

Tibi advoluta te precor novissimum,
Orbos tuere liberos; huic conjugem
Charam, maritum filiæ da splendidum:
Nec, velut acerbo rapta mater funere est,
Præcipitet illos Parca præcox; sed sua in
Patria beati transigant, ac suaviter
Jucunda vitæ spatia."—Cunctas regiæ
Accessit aras, supplicavit, singulas
Festa corona myrteæ cinxit comæ:
Nec ora fletu madida, nec suspirio
Indice doloris, vis nec instantis mali
Vultus decori pristinum carpsit decus.
At conjugalem ut attigit thalamum, ac torum,
Lacrymis profusis solvit ora talibus:
"O lecte, ubi mihi, morte quem redimo mea,
Solvit pudorem virginalem vir, vale.
Nec te quidem odi, me tametsi extinxeris;
Nam dum recuso conjugem et te prodere,
Morior. At alia te tenebit fœmina
Non castior, fortasse fortunatior."—
Tum devoluta exosculatur lectulum,
Totumque inundat lacrymarum flumine.
Ubi tandem abunde fletuum profuderat,
Revoluta strato ex ædibus se proripit;
Ac sæpe, thalamo egressa, rediit denuo,
Supraque lectum denuo incubuit. Peplos
Flebant tenentes liberi: illa amplexibus
Modo hunc, modo illam comprimebat, scilicet
Moritura jamjam. Flebili tota domo,
Famuli tumultu fata lugebant heræ:
At illa dextram singulis dedit, neque
Quisquam inter omnes adeo contemptus fuit,
Quem affata non sit mutuis sermonibus.
Atque ista turbant nunc domum Admeti mala,
Quæ morte poterat fugere; mortem dum fugit,

Nunc sempiternum sibi dolorem accersit.
CH His ingemiscit igitur Admetus malis,
Quem fata nupta dividunt ab optima.
AN. Luget profecto, conjugem charam tenens
Ulnis, rogansque morte ne se deserat,
Absurda poscens, quæque fieri non queant.
Tabescit illa, et languidum manus onus
Projecta inertis, debilem etsi spiritum
Vix fessa ducat, intueri solem avet,
Almæque lucis ultimo aspectu frui,
Visura nunquam splendidum posthac jubar.
Sed abeo, teque adesse nuntiavero.
Nec semper omnes regibus cives favent,
Nec rebus adsunt turbidis alacriter:
At tu vetustus amicus es meis heris.
CH. O dii, quæ fuga superest cladis?
Quæ fuga sortis, quæ imminet aulæ?
Exitne aliquis? laceremne comam?
Pullone tegam corpus amictu?
AN. Certa res est, certa, amici:
Sed precemur numina;
Nam potestas est deorum,
Visque longe maxima.
O Apollo sancte, cladis
Exitum hujus inveni:
Affer, affer remedium nunc,
Ut prius commentus es.
Nunc ades salutifer:
Pelle fatum lugubre.
Ditis implacabilis
Pectus atrox mitiga.
CH. Heu, heu. Væ, væ.
O nate, nate Pheretis: Admete ô miser,
Qua clade premeris orbus ista conjuge?
Pateris ferro rem fugiendam,

Et graviori clade piandam,
Quam si laquei de trabe celsa
Tereti nectas vincula collo.
Non enim charam modo, at
Conjugem charissimam
Hac morientem luce videbis.
Sed jam maritus ipse progreditur domo.
Pherea tellus, ingemisce, illacryma.
Optima longe fœmina, morbo
Contabescens Ditis ad umbras
Sub cava rapitur viscera terræ.
Nunquam thalamos plus lætitiæ,
Quam tristitiæ ferre fatebor:
Partim id veteris casibus ævi
Doctus, partim hac clade recenti
Regis, quem longe optima conjux
Morte relinquens, non sinet unquam
Dehinc vitalem vivere vitam.

ALCESTIS.

O sol, luxque diurna,
Cœlestesque rotatæ
Celeri turbine nubes.

ADMETUS.

Me teque miseros aspicit duos, tua
Nil promerentes morte dignum cœlitus.
AL. O tellus, ô atria, thalami
O geniales patriæ Iolci.
AD. Sustolle teipsam, ô misera, neu me deseras,
Sed flecte precibus omnium dominos deos.
AL. Biscalmam video, video ratem;
Atque umbrarum portitor hærens
Conto accersit me propere Charon.
"Age festina. Quæ causa moræ?

Præsto cetera cuncta : moraris
Nos sola : gradu celeri propera."—
AD. Heu ! navigationem acerbam istam mihi
Memoras : malorum quanta nos moles premit !
AL. Eripit, eripit quidam tibi me
(Nonne vides ?) ad tecta silentum.
Fronte sub nigra lumina Pluto in-
tentat celer huc. Quid facis ? aufer.
Quod miserabilis iter insisto ?
AD. Acerbum amicis, ac mihi, atque liberis,
Queis luctus hic est proprius, miserrimum.
AL. Jam dimittite, dimittite me.
Genua labant : jam deponite me.
Oculos densæ condunt tenebræ.
Pueri, ô pueri, jam vestra parens
Nulla est, nulla est jam vestra parens.
Valete, nati, et lumen almum cernite.
AD. Hei mihi : tristis vox ferit aures,
Ac morte mihi durior omni.
Ne me desere, ne per superos
Tolera ; nam, te lumine cassa,
Vivere acerbum est : pendet ab una
Te mea mors, ac vita : ita nobis
Tui amor penitus fixus inhæret.
AL. Admete, cernis quo in loco res sint meæ :
Quæ sentit animus, ante mortem proloqui
Volo. Salutem prætuli meæ tuam,
Per fata lucem quum liceret cernere :
Morior, fuisset quum integrum haud pro te mori,
Sed mihi maritum, quem luberet Thessalûm
Eligere, sedes et beatas regio
Incolere luxu : abs te revulsa vivere
Renui, orphanis cum liberis. Vitæ meæ
Minime peperci, ætate quamvis integra :
Quum qui genuerat te pater, quæque peperit

Te prodidisset mater, auras linquere
Quibus decorum jam per ætatem foret,
Et gloriosa morte vitam filio
Suo redimere, quippe quibus unicus eras,
Nec spem relictam procreandi liberos
Te functo haberent: viveremus tu, ac ego,
Nec tu doleres solitudinem tori
Vidui, nec orbos educares liberos.
Sed hæc, deorum quando quispiam gradu
Hoc ire voluit, sic eant. At gratiam
Hanc tu referto, quam peto, haud meritis parem:
(Nam par rependi pretium animæ nullum potest)
Sed quam ipse justam dixeris: quum diligas
Æque atque ego istos (si sapis) pueros, meæ
Domini face isti sint domus; nec liberis
Induc novercam fœminam, minus probam
Parente, natis quæ manum impingat meis
Tuisque, livor tristis ubi stimulos ciet.
Utique cave istud faxis oro: prioribus
Inimica natis quum noverca inducitur,
Nihilo cruenta vipera est clementior.
In patre magnum filius præsidium habet,
Sermone cum quo mutuo possit frui:
Tu, nata, vero quomodo educaberis
In virginali ætate honeste? quam tuo
Nuptam parenti sors dabit, quæ nec nota
Te fœdet ulla, nec tuas ipso in aditu
Florentis ævi nuptias contaminet?
Neque elocabit mater unquam te, neque in
Dolore partus assidens solabitur,
Ubi nil parentis charitate est suavius.
Mori necesse est me: timori nec malum
Cras istud, aut in tertium est mensis diem;
Jamjam inter umbras luce cassas censeor.
Valete, læti vivite: at tu, vir, potes

Te gloriari conjugem nactum optimam,
Et vos, parentis optimæ vos filios.
CH. Bono animo es: hujus polliceri hoc nomine
Ego nil verebor, mente ni prorsus caret.
AD. Ne metue; fient ista, fient: nam mea
Viva ut fuisti sola, sola mortua
Dicere conjux; nec tuo ulla me loco
Suum vocabit sponsa Thessalis virum,
Quamvis superbos generis enumeret avos,
Formæ decore quamlibet præfulgeat.
Sat liberorum est: liceat istis modo frui
Deos precamur, quando te frui haud licet.
Nec finietur luctus hic spatio annuo,
Sed omne in ævum, quod supererit dehinc mihi,
Lugebo. Matrem, quæ peperit, odio, ac patrem
Habebo, amici quando verbo non re erant.
Tibi ego salutem debeo, quæ pro mea
Anima dedisti quod homini est charissimum.
Non jure, tali quando privor conjuge,
Dura inter ævum transigam suspiria?
Nec cœtus, aut æqualium convivia
Post me juvabunt; nec coronæ floreæ,
Cantusve dulces; nostra nec citharam manus
Dehinc tanget unquam, nec Libyssæ ad tibiæ
Sonos canoros animus oblectabitur:
Nam cuncta vitæ tu abstulisti gaudia.
Quin et periti dextera artificis tua
In lecto imago ficta collocabitur:
Amplectar illam manibus, illi procidens
Tuum vocabo nomen, ulnis conjugem
Charam tenere, non tenens, fingam tamen:
Est ea voluptas frigida; at molestiam
Animi levabit; umbra me per somnia
Utinam reversa oblectet: etiam lurida
Sub nocte amicos suave vultus cernere,

Quocunque sese in tempore offerent. Mihi
Si lingua adesset Orphei, et blandum melos
Furvæ canendo pectus ut Proserpinæ,
Duri vel Orci flecterem, ac reducerem
Te, promptus irem: centiceps nec me canis,
Nec qui silentes portitor manes vehit,
Prohiberet, almum viva per me denuo
Donec videres lumen. Illic mortua
Nunc præstolare, donec illuc mortuum
Me fata mittent, ac domum ambobus para,
Una ut habitemus: nam sepulcro corpora
Uno imperabo collocari, et conseri
Lateri latus te propter extensum meum:
Nec ipsa mors me poterit abs te avellere,
Quæ sola nobis usque fida inventa sis.

CH. Mœrore digna est: itaque luctus particeps
Hujus ero, amicum velut amico convenit.

AL. Ipsi hæc loquentem, filii, audistis patrem:
Nullam deinceps spondet aliam conjugem
Sibi fore, nec me luce cassam negliget.

AD. Nunc assevero id, atque perfectum dabo.

AL. Cape pignus horum de mea pueros manu.

AD. Accipio charum pignus e chara manu.

AL. His tu puellis mater esto meo loco.

AD. Te morte rapta, cogit id necessitas.

AL. Intereo, nati, par fuit quum vivere.

AD. Quænam futura est vita mihi superstiti?

AL. Te mitigabit temporis longinquitas:
Qui periit autem, in posterum jam fit nihil.

AD. Duc, duc me ad Orcum, per deos, tecum simul.

AL. In morte nostra sat superque cladis est.

AD. Sors sæva, quali viduor abs te conjuge?

AL. At at tenebræ jamjam oboriuntur oculis.

AD. Perii profecto, si modo abs te deseror.

AL. Nil me putaris jam, velut nusquam forem.

Ad. Attolle vultus, liberos neu deseras.
Al. Non sponte certe, sed valete, liberi.
Ad. Oculos ad illos tolle, tolle et aspice.
Al. Sum nulla posthac. Ad. Quid agis? ita me deseris?
Al. Valeto. Ad. Miseris heu pereo miser modis.
Ch. Periit, nec usquam est uxor Admeti amplius.

EUMELUS.

Hei mihi misero! periit mater.
O pater, adiit manes: neque jam
Dulci fruitur lumine solis.
Me deseruit, me orbum infelix.
Languidulos cerne oculos, rigidas
Cerne manus. O genitrix, audi,
Audi, genitrix, ego te appello,
Tua proclivis ad oscula pullus.

Ad. Nil audientem, nil videntem affare: ego,
Vosque ambo sæva clade percussi sumus.

Eu. Puer, ô genitor, matre orbatus,
Solus deseror. O me miseris
Pressum ærumnis, teque sororem,
Quam premit eadem sors. O genitor,
Infrugiferos, infrugiferos
Thalamos nactus es: haud tetigisti
Hac cum conjuge claustra senectæ:
Prius erepta est: te pereunte,
Genitrix, pariter domus eversa est.

Ch. Admete, clades has necesse est perpeti:
Nec primus es, nec ultimus mortalium
Uxore viduatus proba. Atque id cogita,
Nos universos esse morti obnoxios.

Ad. Scio; nec ista me repente perculit
Ærumna: pridem præscius malo premor.
Sed efferendæ funus huic parabitur.

Adeste, et alternante planctu lugubri
Date justa. Diti dicite implacabili
Pæana. Sceptris Thessalûm quisquis meis
Paret, mulieris hujus ergo publice
Lugere jubeo rasili tonsos coma,
Pulloque amictu: quadrijugosque jungite
Currus; superbam sonipedum e collo jubam
Tondete ferro: tibiæ nusquam sonus
Strepat per urbem, vel suäviloquæ lyræ,
Bis luna senos donec orbes impleat.
Nam neque cadaver hoc sepeliam charius
Ullum, nec in me paribus officiis, neque
Honoribus eam prosequi dignis queam,
Quæ me redemit sola morte vicaria.

CH. O Peliæ mihi nata, vale,
Quæ Orci habitas sine sole domos.
At sciat arbiter hoc Stygius
Nigricomans deus, atque senex
Portitor, exanimem populum
Qui vehit, et subigit, residens
Puppe, ratem celerem, mulier
Optima longe Acherontis aquas,
Optima fœmina transvehitur
Rate biscalma.
Pieridum tu carmen alumnis
Decantabere diu: montigena
Te testudine septem nervis
Resonante canent, ac sine cithara
Memores repetent carmine laudes,
Quum redeuntis circulus anni
Mensem Spartæ Carneium iterat,
Lunaque pernox vere benigno
Pleno pernitet orbe decora.
Inque beatis divitis agri
Decantabere semper Athenis.

Tales mors tua sufficit hymnos
Vatibus. O revocare liceret
Si te superas rursus ad auras
E tenebrosis sedibus Orci,
E Cocyti fluctibus, alno
E fluminea, quæ vehit umbras.
Tu, fœminei gloria sexus,
Sola reperta es, conjugis Orco
Quæ mutata anima animam eriperes.
Terra levis tibi sit super ossa.
Quod si tedis vir tuus aliis
Captus erit, mihi jure invisus,
Natisque tuis deget, quando
Nec tua mater, nec qui genuit
Te senior pater, abdere vellent
Pro nato sua corpora terra,
Nec servarint, etsi seris
Candida sparsi tempora canis.
At tu primo in flore juventæ,
Juvenis redimens fata mariti,
Deseris auras. O mihi talem
Vitæ sociam, dii, date sponsam,
Quæ jucundum transigat ævum
Mecum: at vitæ cognita paucis
Est mortalibus ista voluptas.

HERCULES.

Cives, Pheræam qui colitis urbem, an domi est
Admetus? CH. Intus est Pheretis filius.
At quæ te ad urbem causa adegit Thessalam,
Hospes Pheræas advenires ut domos?
HE. Obeo laborem Eurystheo Tirynthio.
CH. Quo tendis? error quis vagabundum trahit?
HE. Diomedis ut Thracis quadrigas huc agam.
CH. Quî poteris? hospes an vetus forsan tibi est?

HE. Minime. nec unquam Bistonum attigi solum.
CH. Potiare ut illis, ferro oportet cernere.
HE. Sed nec labores refugere, ut velim, licet.
CH. Cæso redibis rege, vel cæsus cades.
HE. Discrimen istud non adeo nunc primitus.
CH. Quid promovebis, dominum ubi deviceris?
HE. Captos tyranno tradam equos Tirynthio.
CH. Frænare captos alter haud facilis labor.
HE. An forte flammas evomunt e naribus?
CH. Avidis virorum membra laniant dentibus.
HE. Memoras ferarum, non equorum, pabulum.
CH. Præsepe tabo sordidum intuebere.
HE. Quo patre jactat educator se editum?
CH. Marte: et opulentam frenat armis Thraciam.
HE. Fatis laborem debitum agnosco meis,
Per aspera semper quæ petunt sublimia.
Cum Marte natis optimum fuerat manum
Non contulisse, primitus Lycaone,
Ac deinde Cygno: tertius porro hic mihi
Cum domino equisque exhauriendus est labor.
Mortalium sed nullus intuebitur
Hostis paventem dexteram Alcmena satum.
CH. Atqui ipse dominus hujus Admetus soli
Huc tecta linquens dirigit recta gradum.
AD. Jove nate, salve, Persei clarum genus.
HE. Admete, salve, rector inclyte Thessalûm.
AD. Utinam. Benevolum te mihi certo scio.
HE. Tonsura vero quid sibi hæc vult lugubris?
AD. Hodie cadaver efferendum est hinc mihi.
HE. Avertat istud sors malum a natis tuis.
AD. Vivunt creati liberi de me domi.
HE. Maturus annis forte genitor occidit?
AD. Et ille superat, atque mater, Hercules.
HE. An igitur uxor periit Alcestis tua?
AD. De uxore nobis sermo sese offert duplex.

HE. Fatone functam dicis, an superat adhuc?
AD. Obiit; nec obiit: meque luctu conficit.
HE. Perplexus es; juxta atque pridem intelligo.
AD. Fatine nôsti quæ premat necessitas?
HE. Pollicita mortem nempe pro te occumbere.
AD. Si pepigit istud, quomodo hanc vivam putas?
HE. Lugendo clades interim ne præveni.
AD. Cui mors propinqua est, jam perisse illum puto;
Qui periit autem, jure nusquam dixeris.
HE. Non esse et esse discrepant longissime.
AD. Sic tibi videtur, Hercules, aliter mihi.
HE. Quid ergo luges? quisnam amicorum occidit?
AD. Mulier. Mulieris mentio facta est modo.
HE. Aliena, vobis an propinqua sanguine?
AD. Aliena, quamvis juncta necessitudine.
HE. Quinam ergo vitam finiit domi tuæ?
AD. Hic educata est, orba patre mortuo.
HE. Utinam dolore comperissem liberum.
AD. Expecto quorsum tendat ista oratio.
HE. Alterius hospes hospitis domum petam.
AD. Bona verba: facinus istud avertat Deus.
HE. Ingrata lugenti hospitis præsentia est.
AD. Ingredere tu ædes: mortui sint mortui.
HE. Hospiti epulari turpe funesta in domo.
AD. Ducam seorsum te hospitum ad cœnacula.
HE. Sine abire; inibis gratiam a me maximam.
AD. Minime; nec alios hospes accedes Lares.
Heus tu, præito, reclude posticum ædium:
Jube atrienses apparare largiter
Hospitibus epulas. Limen autem claudite,
Quod medium ab aula separat cœnacula.
Non est decorum luctus ut convivio
Obstrepat, et aures hospitum offendat dolor.
CH. Admete, quid agis? tanta quum te calamitas
Premat, recipies hospites? ita desipis?

AD. Atqui domo illum si expulissem, et mœnibus
Hospitii egentem, an id probares? neutiquam.
Minus hospitalis, non minus miser forem.
Ad calamitates illud etiam accederet,
Ut hospitum hostis mea vocaretur domus.
Nunc hospitem illum habebo rursus optimum,
Siticulosum quando ad Argos venero.
CH. Cur ergo, amicus siquidem is est, uti tu ais,
Hunc esse passus nescium ærumnæ es tuæ?
AD. Siquidem ille nostrum scisset infortunium,
Nunquam subisset atrium domus meæ.
At facere stulte me ille forsan rebitur,
Nec hæc probabit: mea sed aula haud hospites
Huc ventitantes scit repellere turpiter.
CH. O viri hospita liberi
Semper atria, quæ incola
Se dignatus Apollo
Est Phœbus citharæ sciens.
Nec deum puduit domus
Hujus lanigeros greges
Curvis pascere vallibus:
Et per prata virentia
Pastoralia carmina
Blanda pangere fistula.
Quin et versicolorum
Lyncum turba, suävibus
Emollita modis, gregi
Junxit intrepido latus:
Armentumque leonum
Venit fulvicomantum
Ex Othry nemeroso.
Ad tuæ strepitum lyræ
Applausit maculosus
Pictorum hinnuleûm chorus,
Pernici pede deserens

Abietum alticomum nemus,
Docto carmine concitus.
Ergo tu pecoris domum
Fertilissimam colis,
Limpidum propter lacum
Bœbiæ, arvi et jugera;
Et patentibus soli
Terminos convallibus,
Qua jubar solis cadens
Nube currus induit,
Ad Molossos pertinet;
Et freta Ægei maris,
Æstuosa et littora
Celsum ad usque Pelion.
Nunc apertis ædibus,
Humidis fletu genis,
Hospitem recipit tamen,
Conjugis modo mortuæ
Flens adhuc funus recens;
Nam pudori pronus est
Candor ingenuus, neque
Ulla pars sapientiæ
Abest, quum probitas adest.
Et mentem bona spes habet,
Successura homini pio
Omnia recte.

AD. Cives Pheræi, qui hic adestis sedulo,
Famuli cadaver rite compositum ad rogum
Sublime portant, ac sepulcri ad aggerem.
At vos supremam prodeuntem jam viam
De more defunctam ultimum alloquamini.

CH. Atqui senili cerno genitorem gradu
Huc se ferentem, conjugi et mundum tuæ
Portare famulos, Manibus donaria.

PHERES.

Mœroris adsum particeps, fili, tui.
Proba et pudica sane es orbus conjuge:
Sed ista, quamvis dura perpessu, tamen
Feras necesse est. Accipe hunc mundum, ac humi
Una reconde. Honore corpus prosequi
Illius æquum est, quæ prior pro te mori
Sustinuit: ac ne sobolis orbus degerem
Tristem senectam, et luctuosam te sine,
Perfecit una: ceterisque fœminis,
Tam illustre facinus ausa, peperit gloriam.
O sospitatrix filii, quæ mortuos
Nos suscitasti, jam vale: ac Manes tibi
Placidos bonosque sub Acheronte imo precor.
Tales hominibus utiles tedas reor,
Aut vincla nunquam nôsse conjugalia.
AD. Nec has rogatu nostro ad inferias ades,
Præsens amicûm nec mihi in numero es, neque
Hunc induetur illa mundum, aut indiga
Rerum tuarum sepelietur. Tum æquius
Dolere fuerat, fata quum me tollerent.
An qui stetisti tum eminus, quique alteram
Senex puellam siveris pro te mori,
Illacrymabis funeri huic? Nec mihi pater
Verus fuisti, nec peperit ea me parens,
Falso parentem quæ meam se dictitat;
Sed stirpe servili editum in lucem tuâ
Me admovit uxor uberi furtim suo.
Et tu quis esses prodidit periculum:
Nam nec patrem te existimo vere meum:
Aut si es, pavore nemo te mortalium
Superat inerti, qui, supremo in limine
Vitæ, senecta languidus, nec volueris,
Nec fueris ausus emori pro filio:

Sed has mulierem hanc exteram in se sumere
Partes tulistis, quam genitricem et patrem
Solam vocare jure possum æquissimo.
At te facinoris tam decori gloria
Ingens manebat, filium superstitem
Si morte genitor liberavisses tua,
Quum posset ævi reliquus haud longus tibi
Restare cursus. Quod supererat temporis,
Mecum ista vivo viva consenesceret,
Tedis nec orbus macerarer luctibus.
At tu, beata vita quicquid parturit
Fructus, tulisti; sceptra qui florentibus
Tenueris annis, meque regni filium
Hæredem habueris, orbus ut ne liberis
Vacuam alienis dissipandam linqueres
Domum. Nec illud dixeris, te a filio
Prodi, senectam quod tuam contempserit,
Ut qui reveritus semper unus maxime
Te sim: rependis gratiam hanc contra mihi
Cum matre genitor. Sed nec alios liberos
Dehinc gignere potes, qui senectutem tuam
Alant et ornent: neque enim humabere hac manu:
Etenim, quod ad te pertinet, sum mortuus
Jamdudum: at alium si salutis vindicem
Sum nactus, atque intueor ejus munere
Hoc lumen almum, me illius natum puto,
Vicesque senii huic educandi debeo.
Vane profecto postulant senes mori,
Et de senecta longiore expostulant:
Si mors propinquet, nemo jam cupit mori,
Nemo senectam queritur amplius gravem.

CH. Absque his malorum jam sat est: quiescite:
Nec tu paternam, nate, bilem exaspera.

PH. O nate, probris quem lacessis arrogans?
Venaliumne de grege, aut Lydum, aut Phryga?

An Thessalum me Thessalo nescis patre,
Planeque stirpe generis ingenui satum?
Nimis insolenter contumeliosus es,
Et verba juvenis in patrem petulantia
Jactas: at istic haud procax gratis eris.
Dominus familiæ te edidi ut fores meæ:
Deinde educavi, non prior ut extinguerer:
Nec hanc habemus traditam a majoribus
Legem, ut parentes morte servent liberos;
Nec Grajus hic mos. Sive felix, seu miser,
Tibi natus uni es. Cuncta ego officia patris
Tibi cumulate præstiti: late imperas
Populis, et agri fusa late jugera,
Quæ mihi reliquit genitor, hæc linquam tibi.
Qua fraudo te in re? quamve facio injuriam?
Ne morere pro alio, nec ego pro te. Cernere
Tibi dulce lucem est; dulce patri itidem puta.
Nam reputo mecum, quot manendum secula
Sit inter umbras, quam brevibus angustiis
Sint clausa vitæ spatia, sed blandula tamen.
At tu recusas impudenter emori,
Ultraque fato destinatum terminum
Uxore cæsa vivis: ac redarguis
Dein me pavoris, fœmina, timidissime,
Inferior ipse, quæ tuam, juvenis, vicem,
Formose, functa periit. At enim callide
Rationem inisti, qua perenne viveres,
Si ut quamque nactus conjugem sis, ne mori
Pro te recuset, persuadere potueris.
Dein ipse timidus impetis convitiis,
Qui facere renuant hæc, amicos. Heus tace,
Tecumque reputa, vita ceu dulcis tibi est,
Dulcem esse cunctis. Si ingeras opprobria,
Haud falsa rursum et plura forsan audies.

Ch. Jam fit malorum superiorum accessio:

Senex, omitte exasperare filium.
AD. Ceu me locuto, cuncta prome. Veritas
Si audita te urit, abstinendum injuria.
PH. Pro te fuisset gravius erratum mori.
AD. Nil ergo refert, juvenis obeat an senex?
PH. Una anima oportet, non duabus vivere.
AD. Quin vive, secla donec ante eas Jovis.
PH. Sic immerentes hem parentes devoves?
AD. Te nempe vitæ longioris amor tenet.
PH. At pro te, opinor, hoc cadaver efferunt.
AD. Quod te pavoris arguit, timidissime.
PH. Pro me perisse hanc haud, opinor, dixeris.
AD. Utinam aliquando tibi opus opera sit mea.
PH. Sæpe esto conjux, efferas ut plurimas.
AD. Tibi hoc pudendum, qui recusaris mori.
PH. Suäve lumen hoc, suäve cernere.
AD. Ignavus animi es, nec viri quicquam tenes.
PH. Non funus effers lætus ac ridens senis.
AD. Utcunque moriere, moriere inglorius.
PH. Audire male post fata non curæ est mihi.
AD. Ohe, senectus plena ut impudentiæ est!
PH. Haud impudens hæc, illa sed stolida fuit.
AD. Abi, atque humare me cadaver hoc sine.
PH. Abeo: ipse humabis, quippe qui ipse occideris.
At tu propinquis conjugis pœnas dabis.
Posthac Acastum nemo censebit virum,
Germanæ inultam si ferat tacitus necem.
AD. Nunc apage tuque et uxor, orbi liberûm,
Vivente nato: digni ut estis, carpite
Miseram senectam; nec eadem mecum domus
Vos capiet. Ite. Patrium præconio
Siquidem liceret tibi larem interdicere,
Nihil moratus hunc tibi interdicerem.
At nos (ferendum quippe præsens est malum)
Eamus ignem mortuæ supponere.

CH. Fortibus ô miserabilis ausis,
O generosa, atque optima longe
Salve. Sit tibi bonus ac placidus
Atlantiades, Plutoque facilis
Te suscipiat; si qua bonarum
Illic præmia, cum Persephone
Vitæ fructus carpe bene actæ.

SERVUS.

Plerosque memini plurimarum gentium
Domoque et epulis hic ab Admeto hospites
Olim receptos; hospite isto at nequior
Se in hos Penates nullus unquam contulit.
Funesta primum tecta non exhorruit
Intrare, luctu squalidum cernens herum.
Dein fortuitos apparatus insolens
Non consulebat, clade perspecta, boni:
Siquid deesset, immodeste clamitans,
Id flagitabat: cymbium et manibus capax
Tollens, meraco ingurgitat se sanguine
Nigræ parentis, usque dum affusa undique
Calfecit artus flamma, vino exæstuans.
Deinde impeditus fronde myrtea comam,
Agreste latrat: dissonos licet sonos
Audire pariter: ille securus animi
In clade nostra cantitat; nos autem heram
Lacrymis profusis flemus optimam; haud tamen
Spectante, fletu commadescimus, hospite,
Quando ita voluntas fert herilis. Interim
Ego peregrinum hunc excipio dapibus domi,
Furem scelestum et impium sicarium:
Effertur illa, funeri nec prodii
Comes, manuve nuda planxi pectora,
Dominamve luxi, quæ parens fuerat mihi
Servisque cunctis, quæ mariti mollibus

Frangebat iras vocibus, mille et malis
Nos eruebat. Itaque jure hunc odero,
Qui tecta subiit in calamitate, hospitem.
HE. Heus tu, severum cur tuere ac tetricum?
Haud esse torvo erga hospites vultu decet
Servum, sed animo excipere læto comiter.
Tu domino amicum suscipis supercili
Severitate tristi et ore turbido,
Intentus animum cladis in luctum exteræ.
Accede propius huc, uti sapientior
Reddare. Nosti lege qua mortalia
Natura genuit? haud opinor: unde enim
Id nosse posses servus? at de me accipe:
Mori necesse est omnibus mortalibus;
Nec ullus hominum novit, an sit crastinæ
Visurus ortum lucis: etenim lubrica
Fortuna cœcas temperat rerum vices,
Quæ nec doceri aut arte comprendi queant.
Hæc doctus ex me, genium age exhilara: bibe.
Quodcunque vitæ singuli afferunt dies,
Id crede nostrum; sortis esse cætera.
Præterea hominibus cœlitum suavissimam
Longe Dionem cole; benigna etenim dea est.
Hæc alia omitte, et mihi monenti obtempera;
Siquidem videntur vera quæ tibi consulo.
Atque adeo, opinor, exsolutus his malis,
Comamque vinctus flore, nobiscum bibes,
Istius inanis liber ægritudinis.
Nec dubito quin si proluat semel scyphus
Inversus hic te, ex vultuoso et tetrico
Effinget alium. Quando mortales sumus,
Ex usu opinor sapere nos mortalia.
Nam tetricorum et tristium ærumna potius
Quam vita, vita me putanda est judice.
SE. Hæc scimus: atqui familiæ præsens status

Nihil habet aptum risui et conviviis.
HE. Mulieris obitum ne exteræ supra modum
Defle; familiæ quando salvi sint heri.
SE. Salvi? fugit te, quanta clades nos premit?
HE. Nisi forte dominus me fefellerit tuus.
SE. Nimis ille, nimis est hospitalis omnibus.
HE. Minime: nec ad eum funus externum attinet.
SE. Nimis hoc profecto familiare funus est.
HE. Fors me malorum quippiam celaverit.
SE. Perge esse lætus: nos heri tangant mala.
HE. Hic sermo luctus exteræ haud exordium est.
SE. Nec tibi epulanti mœstitudinem afferam.
HE. Injuriam tuli haud ferendam ab hospite.
SE. Alieno adisti hanc, hospes, aulam in tempore:
Nam luctuosa cuncta cernis, rasile
Caput, et amictum lugubrem. HE. Num liberûm
Decessit aliquis, an gravis senio pater?
SE. Extincta conjux, hospes, Admeti occidit.
HE. Quid ais? deinde me recepit hospitem?
SE. Suis pudebat te repellere ab ædibus.
HE. O quali es orbus, ô miserrime, conjuge.
SE. Quæ clade eadem pariter omnes perdidit.
HE. Quin sentiebam id, uda cernens lumina,
Tristemque vultum, rasilemque verticem:
Tamen exterum illi funus esse credidi,
Ac vi coactus hanc subivi januam,
Atque in statu isto turbido rerum bibi,
Et hospitalis hominis assedi in domo
Conviva demens flore vinctus tempora:
Sed culpa, qui non indicaveris, tua est,
Ærumna tanta quum familiæ incumberet
Sed ubinam humatur? qua profectus reperiam?
SE. Larissæ ad alta nobilis qua mœnia
Recta itur, urbis ante portam protinus
Tumulum videbis artifice factum manu.

HE. O anime, corque exercitum molestiis,
Ostende, qualem Electryonis filia
Alcmena sobolem procrearit te Jovi.
Subtrahere fato fœminam extinctam est opus,
Suosque rursus ad penates ducere
Alcestin, Admeto ut rependam gratiam.
Ibo, et nigrantis squalido ferrugine
Stolæ tyranno Manium insidias dabo:
Atque illum opinor deprehendam ad aggerem
Tumuli bibentem victimarum sanguinem:
Quod si e latebris clanculum irruens eum
Prendam, et lacertis strinxero circumdatis,
Utcunque latera verset, eripiet mihi
Hunc nemo, donec conjugem Admeti auferam.
Sin aucupantem hæc præda me fefellerit,
Nec ad cruoris adsit haustus, inferûm
Reges adibo et regna solis nescia,
Poscamque, necnon impetraturum reor
Alcestin, ut eam conjugi tradam in manum,
Qui me recepit hospitem, nec reppulit,
Quamvis acerbo sauciatus vulnere,
Animo sed alto id, me reveritus, abdidit.
Quis Thessalûm est in hospites benignior,
Graiûmve? certe sordido non dixerit,
Generosus animi quum sit, beneficium datum.

AD. Heu mœstum aditum, tristem aspectum
Vidui tecti! Quo feror? ubi sum?
Quid loquar? aut quid taceam?
Quî peream? ô me misero fato
Genitum! Functos morte beatos
Duco; his gratulor, hos amo, cum illis
Degere dehinc libet: haud libet auras
Cernere superas: haud juvat almæ
Dehinc vestigia figere terræ:
Obside tali despoliatum

Mors me sævo pignorat Orco.
Ch. Subi, subi tenebras
Tecti, subi. Tulisti
Digna lacrymis: tulisti
Calamitatem lugubrem.
Conditos nil lacrymæ
Conjugis manes juvant.
Ad. Hoc, hoc verbo vulnera renovas.
Quæ magis homini est aspra calamitas,
Quam spoliari conjuge fida?
Utinam tedæ thalamique exsors
Socia haud ulli tecta habitassem.
Lectos vacuos conjuge, et orbam
Sobolis vitam duco beatam:
Unam in vitam impendere curas,
Est moderati sarcina luctus:
At languentia pignora morbo, et
Deformati funere thalami,
Intolerandi est cumulus luctus:
Præsertim, quum conjugis orbam et
Sobolis liceat ducere vitam.
Ch. Sors, sors ineluctabilis
Premit, nec ullus lacrymis
Modus est. Acerba fers, tamen
Perfer: etenim nec conjuge
Tu primus orbus es: alios
Mortalium alia calamitas
Dolore sævo conficit.
Ad. Longi ô luctus, ô amicorum
Desideria luce carentum.
Cur vetuisti me præcipitem
Triste sepulcri mittere in antrum,
Et cum conjuge fida pariter
Tumuli unius mole recondi?
Accepisset geminas pro una

Animas Pluto, transque fretassent
Duo fidissima pectora pariter
Stygias undas.
CH. Mihi vir quidam sanguine junctus
Puerum amisit lacrymis dignum,
Solam generis spem; moderate
Tamen ærumnam hanc pertulit, etsi
Orbus sobolis vertice cano
Et præcipiti languidus ævo.
AD. O mutati facies tecti!
Quinam ingrediar, quinam habitabo,
Versis fatis? hei mihi, quantum
Distat ab illa domus hæc, olim
Quam Peliacæ lumine tedæ,
Et festis ululatam hymenæis
Ingrediebar, dexteræ inhærens
Charæ conjugis, ac multisono
Convivarum strepitu a tergo
Qui beatos dicerent
Meque et illam mortuam;
Quippe utrosque nobiles,
Et utrinque ex optimis
Editos majoribus
Conjugali vinculo
Copulatos. At modo
Nuptialis carminis
Luctus occupat locum;
Proque candidis peplis,
Pulla vestis ad toros
Me reducit cœlibes.
CH. Mali inexperto tibi fortunæ
Dolor hic cursum rupit amicæ.
At servasti vitam animamque:
Mortua conjux liquit amantem:
Quæ nova mentem turbat imago?

Multos conjuge mors orbavit,
Solvens socii fœdera lecti.

AD. Etsi aliter aliis visum, amici, conjugis
Feliciorem duco quam sortem meam:
Erepta namque plurimis molestiis,
Cum laude summa, triste nihil dehinc sentiet.
At ego, perisse quem fuerat æquum, meo
Fato superstes vitam agam illætabilem:
Quod adeo jam nunc sentio. Nam qui domum
Subire potero hanc, quem alloquar? cujus fruar
Sermone? mentem quo domi oblectem? gradum
Quo vertam? Ubique solitudo in ædibus
Mœrore mentem conficit, quum conjugis
Vacuum cubile cerno; quum vacuam throni
Sedem relictam, et squalidum situ solum;
Circaque genua procidentes liberi
Deflent, parentem lacrymantes; servi hera
Sese queruntur destitutos optima.
Atque is domi rerum est status mihi: at foris
Me Thessalorum nuptiæ, me fœminis
Cœtus frequentes enecabunt, different
Dolore miserum uxoris æquales meæ,
Quas quo intuebor ore? Tum siquis male
Animatus in me est, solvet ora talibus:
"En quem cupido fœda vitæ detinet
Metusque mortis, qui redemit conjugis
Se morte ab Orco ignavus; ac vir postea
Sibi videtur: tum parentes proprios
Infensus odit, ipse non ausus mori."—
Hic rumor inter improbos me differet.
Ecquam ergo vita mihi voluptatem feret,
Quem fama lacerat, et calamitas obruit?

CH. Ego ignota profano
Per compendia vulgo
Musarum comes ivi;

Et sermonibus aurem
Doctis applicui meam
Non raro; at remedî genus
Nondum ullum reperi, cui
Cedat dura necessitas.
Hanc contra medicamina
Docti nec dedit Orphei
Thressis in tabulis manus,
Nec cum Asclepiadis pater
Phœbus pharmaca proderet,
Ut mortalibus ægris
Morbo membra levarent,
Hanc adversus opem tulit.
Solas hujus ad aras
Non est ire deæ, neque
Ad simulacra, nec ulla
Est placabilis hostia.
O diva, ô, violentior
Ad me ne solito veni:
Nam tu, consiliis comes,
Quicquid Jupiter annuit,
Certum ducis ad exitum:
Tu dextra facili domas
Duri robora ferri:
Nec fastum tibi mentis
Infrænem cohibet pudor.
Et dextræ infragili suæ
Vinclo te implicuit dea.
Perfer: nam neque fato
Functos æthereas trahes
Flendo rursus ad auras.
Mors etiam notha pignora
Divûm falce metit sua.
Dum nobiscum erat, omnibus
Chara, et mortua chara erit.

Tu lecti tibi comparem
Supra omnes generosam es
Sortitus. Neque conjugis
Bustum ullus numeret tuæ
Inter funereas specus,
Aggere quæ tumuli premunt
Vita functa cadavera,
Divinis sed honoribus
Æquet relligio hospitum
Manes; atque aliquis via
Flectens dixerit olim:
"Hæc moriendo viri sui
Vitam sponte redemit;
Nunc auget numerum deûm.
Salve, ô sancta; ope sospita
Nos præsens."—Ita votis
Illam atque ominibus bonis
Longùm posteritas colet.
Sed visa fallunt me, nisi Alcmena satus,
Admete, ad ædes dirigit gressum tuas.

HE. Admete, amicos libere eloqui decet,
Nec in recessu pectoris silentio
Abdere quod ægre est. amici haberes me ut loco,
Dignus videbar, clade quum in tua afforem:
At tu, propinquo conjugis jam funere
Non indicato, me recepisti hospitem,
Ceu cura premeret te doloris exteri.
At ego coronis tempora evinctus, deis
Libavi apud te in lugubri lætus domo.
Irascor equidem, irascor hac injuria
Affectus abs te; sed tuis jam luctibus
Acerbitatis nolo quicquam apponere;
Causamque, cur huc sum reversus denuo,
Narrabo: mulierem interim hanc serva mihi,
Dum rege cæso Bistonum huc redux agam

Thraces quadrijugos. Sin quod absit, accidat,
(Nam me ut reducant sospitem precor deos)
Hanc dono dicoque familiæ ancillam tuæ,
Quæ parta nobis est labore maximo:
Proposita namque publico in certamine
Sudore digna deprehendi præmia,
Unde hanc reporto victor. E certamine
Leviore munus erant equi victoribus:
Majora sed qui vicerant, ut cæstibus
Luctave fortes, dona referebant boum
Armenta: post hæc ultimo fœmina loco;
Quumque incidissem forte, turpe sum ratus
Cum laude pariter præmium contemnere.
Sed (ut ante dixi) fœminam curæ tuæ
Commendo, quam non prædo per vim sustuli,
Sed comparatam maximis laboribus
Adduco; fors factum ipse post laudaveris.
Ad. Quod clam te habuerim calamitatem conjugis,
Ne interpretere contumeliæ, Hercules,
Id ergo factum, aut quod sinistre sentiam
De te: dolori sed dolorem adjeceras,
Alterius ædes si subisses hospitis:
Nam flere clades sat mihi fuerat meas.
Sed hanc puellam, si pote, obsecro, jube
Asservet alius Thessalûm, quem non pari
Sors calamitate perculit: multi hospites
Tibi sunt Pherei. Memoriam cladis meæ
Renovare omitte: non potero siccis domi
Oculis tueri hanc. Vulneri vulnus novum
Ne appone; satis est cladium, quod nunc premit.
Qua parte poterit ædium servarier
Caste puella? vestis adolescentulam,
Cultusque loquitur: an virûm in commercio?
Qui poterit inter assiduo juvenes agens
Castam tueri se? nec in promptu, Hercules,

Regere juventam est; ac mihi cura est tui.
Functæne fato conjugis thalamo hanc alam?
Et quî in cubili collocabo hanc illius?
Offensionem hic metuo duplicem; et civium
Ne criminetur quispiam me, et optime
De me merentis proditorem conjugis
Dicat puellæ alterius amplexu frui;
Sponsamque vereor mortuam, cujus mihi
Esse sacrosanctam memoriam merito decet.
Me multa circumspicere par. O fœmina,
Quæcunque tandem es, es profecto Alcestidi
Modo et statura corporis simillima.
Me miserum! ab oculis, per deos, procul meis
Apage mulierem hanc, neve perdas perditum.
Namque intueri conjugem videor meam,
Quum intueor istam: pectus horror obsidet:
Fontes ab oculis lacrymarum profluunt.
Nunc calamitatis hujus, heu miser, miser,
Acerbitatem luctuosam sentio.

Ch. Laudare sortem non equidem possum tuam:
Tamen ferendum, quisquis es, quod dant Dei.

He. Si mihi potestas esset hæc divinitus
Concessa, ab umbris conjugem ut reducerem,
Eamque possem tibi referre gratiam.

Ad. Scio referres promptus: at cuinam hoc datum?
Nec luce cassis luce post frui licet.

He. Perfer modeste, neve te afflictes nimis.

Ad. Lenire verbis facile, quod durum est pati.

He. Quid promovebis, perpetim si lugeas?

Ad. Scio: dolendi sed voluptas me huc rapit.

He. Extinctum amare, lacrymandi occasio est.

Ad. Etiam miserius quam loquor me perdidit.

He. Uxore es orbus optima: quis id neget?

Ad. Nullo ut fruatur pectus hoc post gaudio.

He. Tempus levabit, quod recens nunc est malum.

Ad. Tempus profecto, si mori tempus vocas.
He. Te mitigabit uxor, ac tedæ novæ.
Ad. Au, quid ais? ex te haud istud expectaveram.
He. Expers jugalis exiges vitam tori?
Ad. Nulla accubabit mulier unquam huic pectori.
He. Prodesse reris posse te sic mortuæ?
Ad. Ubi ubi sit, illam honore semper prosequar.
He. Hæc laudo sane, laudo. Sed stulte facis.
Ad. Sponsum nec ulla me vocabit fœmina.
He. Quin conjugem erga laudo nimirum fidem.
Ad. Si negligam etiam mortuam, peream male.
He. Nunc recipe tecto hanc stirpe nobili satam.
Ad. Per, qui creavit te, Jovem, istud deprecor.
He. Hoc si recusas, perperam tibi consulis.
Ad. Hoc ni recuso, macerabor luctibus.
He. Obsequere, et hujus non pigebit gratiæ.
Ad. Utinam haud tulisses præmium hoc certaminis.
He. Et mecum es hujus particeps victoriæ.
Ad. Probe es locutus; sed recedat fœmina.
He. Siquidem est necesse: at num necesse sit, vide.
Ad. Necesse; nisi ob id forte tu succenseas.
He. Non temere id a te tantopere contenderem.
Ad. Age, vince: quamvis grata minime postules.
He. Factum probabis postea: pare modo.
Ad. Siquidem hanc subire tecta oportet, ducite.
He. Servis mulierem hanc neutiquam commisero.
Ad. Quin ipse in ædes ducito illam, si lubet.
He. Tibi profecto mulierem tradam in manum.
Ad. Ego haud tetigero; tecta subeunti patent.
He. Tuæ stat uni dexteræ hanc concredere.
Ad. Coactus istud atque nolens perpetro.
He. Protende promptus dexteram, tange hospitam.
Ad. Protendo, veluti Gorgonis sectum ad caput.
He. Tenesne? Ad. Sane teneo. He. Serva jam, et Jove
Natum fatebere generosum olim hospitem.

Ipsam intuere, similis uxori an tuæ
Sit, ac beatus luctuum jam desine.
AD. O dii boni, ô miraculum inopinum ac novum,
Oculis profecto conjugem intueor meam:
Aut me deorum quispiam ludibrio
Recreat, inani corda lactans gaudio.
HE. Non ita: sed ipsam conjugem cernis tuam.
AD. Ne larva ab umbris missa sit, circumspice.
HE. Cave esse credas hospitem tuum magum.
AD. Sed quam sepelii, conjugem intueor meam?
HE. Sic. At fidem tu, et jure, sorti non habes.
AD. Tango alloquorque, conjugem ut vivam meam?
HE. Alloquere. Votis quicquid optabas, habes.
AD. O corpus, ocule ô conjugis charissimæ,
Spem præter habeo te, videre postea
Quam non putaram posse me? HE. Ne dubita: habes,
Modo ne deorum quispiam invideat tibi.
AD. O clara soboles maximi Jovis, utinam
Beatus ævum transigas, ac sospitem
Te servet idem, qui creavit, Jupiter.
Nam me jacentem solus erexti. E Styge
Quonam reduxti ad lumen hanc rursus modo?
HE. Depræliatus cum tyranno Manium.
AD. Ubi nactus illum prælio congressus es?
HE. Propter sepulcri dexteram injeci aggerem.
AD. Quid muta tandem perseverat fœmina?
HE. Nondum tibi fas ejus alloquio frui,
Diis antequam sese expiarit Manibus,
Terrisque lucem tertia ostendet dies.
Duc conjugem intro jam tuam, ac in posterum,
Admete, justi cultor, atque in hospites
Pius esse persta. Vale: ego Stheneli filio
Abeo imperatum mihi laborem ut exequar.
AD. Mane, ac penates, et dapes adi sacras.

He. Id fiet alias; nunc celeritate est opus.
Ad. Dii rem secundent, teque reddant sospitem.
Edico cunctis civibus regni mei,
Ob res secundas ut choris indulgeant,
Et victimarum sanguine aras imbuant.
Mutata vitæ in melius est facies modo,
Felicitatem nec tego ingratus meam.
Ch. Fortuna vices lubrica versat,
Varias docilis sumere formas.
Inopina dei plurima peragunt:
Non succedunt, quæ fore speras;
Quæ fore nemo posse putaret,
Sæpe expediunt numina: qualem
Hæc sortita est fabula finem.

# INDEX
## RERUM ET VERBORUM.

NUMERI PAGINAS INDICANT.


A.

ἀβίωτος βίος, phrasis Euripidea. 31.
ἀεί. Vis ejus cum participio. 81.
ἅζεσθαι. 41.
Ἀΐδης simpliciter pro *morte*. 3.
αἰδόφρων. Composita hujus formæ amant Tragici. 77.
αἰδὼς, *reverentia erga alios*. 72.
αἰθὴρ femininum. 71.
αἵματα in plur. 61.
αἱμόῤῥαντος. 19.
αἰνεῖν, *to assent to*, &c. 1.
αἶπος. De sign. 61.
αἰσχρὸς et ἐχθρὸς confusa. 114.
αἰὼν, *vita*. 42.
ἄκλαυστος. Duplex significatio adjectivorum hujus generis. 23.
ἅλις valens μετρίως. 103.
ἄλλως pleonastice. 41.
ἄλυροι ὕμνοι. 55.
ἀμὸς pro ἐμός. 49.
ἀμφὶ subauditum. 115.
αν et ων terminationes confusæ. 60. 62. 66. 120.
ἂν neque cum præsenti neque cum perfecto indic. conjungitur. 7. 8.
ἂν suppressum ante subjunctivum. 11. 97. 107. 109.
ἂν repetitum. 10. 17. 76.
ἂν male insertum. 25. 83.
ἄνα, ἀλλ' ἄνα. 35. 36.
ἄναξ πέλτης, ἄναξ κώπης. 61.
ἀνήλιος. 54.
ἀνήρ. Phrasis εἶναι ἐν ἀνδράσι. 84.
ἀνόνητα. 50.
ἄντα Homero frequens, recentioribus poetis raro usurpatum. 99.
ἀντιτέμνειν, ἀντίτομος. 109.
ἄξιός τινί τινος. 53. οὐκ ἄξιον, *non expedit*. 75.
ἀξιοῦν. De usibus h. v. 69. 112.
ἄπαις παιδὸς ὄντος. Vis hujus locutionis. 85.
ἀπειπεῖν, quid significet cum accusativo—quid cum dativo. 60.
ἀπειρόκακος. 105.
ἀπιστεῖν. De constr. 123.

ἀπλακεῖν, ἀπλακία, ἀπλάκημα, sine μ scribenda. 31.
ἀπλακέω sive ἀμπλακέω verbum nullum est. 31.
ἀπότομος. 17.
ἆρα valens *nonne*. 43. 89.
ἀρκεῖν cum participio. 47.
ἀρνεῖσθαι cum participio. 127.
ἀρταμεῖν. 60.
ἀτίζειν. 114.
αὐγαὶ simpliciter dictum pro αὐγαὶ ἡλίου. 98.
αὖθις πάλιν, αὖθις αὖ πάλιν. 25.
αὔριον. 90.
αὐχεῖν. 14.
ἀφαγνίζειν, *desecrare*. 125.
Ἀχερόντιος, Ἀχεροντεῖος, Ἀχερούσιος. 54.
Accusativus disjunctus. 2. 44.
Activa verba, subaudito pronomine, pro mediis. 102.
Adjectiva nunc duorum nunc trium generum formas adhibentia. 17. 65. 114.
Admeti mater. 4. Liberi ejus. 23.
Æsculapii fabula. 2.
Anaxagoras respicitur. 102.
Anaxagorea dogmata. 32.
Annus, spatium luctus. 42.
Argiva regio sitiens. 68.
Aristophanes παρῳδεῖ Euripidem. 79. 80.
Articulus ὁ, ἡ, τὸ vice pronominis οὗτος vel ἐκεῖνος adhibitur. 43. Articulus vice relativi. 108. Articulus irrisioni inservit. 81. Articulus male insertus. 29. 30. 35.
Augmentum abjiciebant Tragici in melicis. 70.

B.

β et ο confusa. 37.
βαλιός. 69.
βῆναι δι' ὀδύνης, &c. 99.
βῆσαι. Activa significatio hujus aoristi, cum compositis. 116.
βίᾳ θυμοῦ, φρενῶν. 94.
βίος et βίοτος confusa. 58.
βίοτος καὶ ψυχὴ, hendiadis. 105.
βλέπειν simpliciter pro ζῆν. 19. βλέπειν σεμνὸν, δεινὸν, ὀξὺ, &c. 89.
βλέψαι et κλέψαι confusa. 27.

Γ.

γε in dialogis, valens *yes*. 7. γε male additum. 14. 57. 92. 93. 111. γε et τε confusa. 21. 38. 107.
γύη. Usus h. v. 71.
γυναικοπληθής. 107.
Genitivus post adjectiva. 85. Genitivus indignantis vel admirantis, sequente infinitivo. 94. Genitivus sequens verba transitiva, subaudito μέρος τι. 96.
Gorgonis aspectus. 122.

Δ.

δ et λ confusa. 23.

δαίμονες idem prorsus signif. ac θεοί. 125.
δαίμων, *infortunium*. 68.
δαφοινός. 70.
δὲ male omissum. 63. 65. δὲ et δὴ confusa. 48. δὲ et τε confusa. 70. 71. 84. 96.
δέδοικα subauditum. 40.
δείκνυμι et δείκνυμαι construct. cum participiis. 88.
ἐν δέοντι. De constr. 93.
δὴ adhiberi solet, ubi præcedit εἶεν. 39. δὴ interpolatum. 15.
διὰ subauditum. 54. 63.
διακναίεσθαι. 16.
δίκαιός εἰμι ποιεῖν τι, *debeo facere*. 125.
δῖναι νεφέλης, αἰθέρος. 32.
δμαθέντες simpliciter *mortui*. 18.
Diana Pheris culta. 22.
Diomedis equi. 59. 61.
Dualis secunda persona nunquam diversa est a tertia. 35. 77. Dualis participii eadem feminini forma ac masculini apud Atticos. 102.
Duplex superlativus. 91.

E.

ε et ο confusa. 37.
έα terminatio accusativi singularis a nominativo in εύς. De prosodia. 5.
ἔζην, barbarum. 38.
ει et η confusa. 11. εἰ et εἰς confusa. 17. εἰ et ἢ permutata. 62. 84.
εἰ γὰρ, optantis. Differentia significationis cum indicativo et cum optativo. 117.
εἶεν. 39.
εἶμεν vera optativi pluralis forma. 104.
εἰν. 53.
εἰς subauditum. 56.
εἰς τόδ' ἡμέρας. 3.
ἐκεῖ non raro dictum est de inferis. 86.
ἐκζεύγνυσθαι vox nihili. 52.
ἐκφέρειν, ἐκφορά. De sign. 51.
ἐλαύνω. De futuro h. v. 107.
ἔμπας. 103.
ἐν γένει. 102.
ἐν σοὶ, formula. 37.
ἐναισίμως. 118.
ἐναντιοῦσθαι. De signif. 21.
ἕνεκα subauditum. 2.
ἐξαίρειν. De sign. h. v. 43.
ἐξανορθοῦν. An extet h. v. 124.
ἐξὸν εἶναι ἀτέκνοις. De constructione. 101.
ἐπεισφρῶ. De hoc verbo. 116.
ἔπειτα δῆτα, *et tamen*. 94.
ἐπὶ cum genitivo. 95. γαμεῖν τινα ἐπί τινι. 39.
ἑπτάτονος χέλυς, λύρα. 54.
ἔργον τόξων, et similia. 6.
ἔῤῥομαι. An extet. 84.
ἔσθ' ὅτε, *aliquando*. 121.
Ἑστία, dea apud Græcos culta. 22.

εὖ ἥκειν cum genitivo. 38.
εὔζωρος. 87.
εὐκλεὴς γυνή. 21.
εὔλυρας. Compositis hujus formæ delectatur Euripides. 69.
εὐπρεπὴς et ἐκπρεπὴς permutata. 42.
ἔχω, *intelligo*. 8. οἱ ἔχοντες, *divites*. 9. ἔχειν λόγους duplicem admittit signif. 8.
Equorum jubæ secari solitæ in luctu funebri. 53.
Euripides imitatur Homerum. 53. 71. 110. 111. 114. imitatur Æschylum. 105. Euripidem imitatur Lycophron. 78.
Euripidis Orestes emend. 36. 118.
— Phœnissæ emend. 61. 63.
— Hippolytus emend. 125.
— Andromacha emend. 51.
— Supplices emend. 34. 84.
— Helena emend. 64.
— Herc. Fur. emend. 8. 64. 97.
— Electra emend. 85.
— Fragmenta emend. 39. 44.
— Scholiasta emend. 32. 62. 69.

Z.

ζάχρυσος. 61.
ζηλῶ. 98.

H.

η et ω confusa. 4. 39. 65. 97.
η et ει confusa. 11. ῃ et ην confusa. 20. 63. 123.
ἢ *quam*, subauditum post comparativum. 100.
ἦ et εἰ permutata. 62. 84. ἦ μήν. 9. 81.
ἡβάσκειν. De sign. h. v. 119.
ἡμέρα. Ellipsis h. v. 40.
ἡμῖν et ὑμῖν permutata. 93.
ἡσσᾶσθαι. De constr. 81.
Herculis voracitas. 87.

Θ.

ϑ et ϑ confusa. 28.
Θάνατος, Latine *Orcus*. 5. De usu pluralis θάνατοι. 101.
θάρσος et θράσος non minus synonyma, quam κάρτος et κράτος, καρδία et κραδία. 72.
θαυμάζω. De futuro h. v. 21.
θέλω et λέγω confusa. 52.
θεὸς pro *sole*. 83.
θῆσσα τράπεζα. 1.
θητεύειν. 2.
θίγω, verbum nihili. 122.
θολοῦν. De hoc verbo. 117.

I.

ι nonnunquam elidunt Tragici in fine dativi singularis. 122.
ἱερὸς constr. cum genitivo. 11.
ἵππειος, ἵππιος. De his formis. 10.
Iambus in quinta sede senarii. 119.
Interpolationes verborum. 15. 29. 30. 33. 34. 49. 58. 83.
Interrogatio duplex. 28.
Ionismi apud Tragicos. 68. Ionicas genitivorum terminationes

in melicis nonnunquam usurpabant Tragici. 18.

K.

καθ' ἡμέραν. 91.
καὶ interpolatum. 15. 29.
καὶ solet interrogativis ποῖ, ποῦ, πῶς, τίς postponi. 59.
κακὰ, *probra*. 79.
κακός. Lusus in hac voce. 82.
καλῶς ἔλεξας, formula Euripidea. 121.
κἂν cum futuro indic. solœcum. 97.
Καρνεῖα. De his feriis. 55.
κατὰ χθονός. 7. κατὰ γῆς. 31.
κατάρχεσθαι, *auspicari sacra*. 10.
καταφθινεῖν vox nihili. 74.
κατέχειν. 43.
κεδνός. De usibus h. v. 72.
κεδρινοὶ δόμοι. 22.
κήδεσται. 84.
κιγχάνω, ἔκιχον. 4. 59. κιχέω verbum nihili. 4.
κισσύβιον. 87.
κλέω pro κλείω adhibebant Attici, non secus ac θέω, πλέω, πνέω. 55.
κλεῖσαι, κλῇσαι. 66.
κλιτύς. 69.
κνίσα et κνίσσα. 127.
κνισσᾶν ἀγυιὰς, vetus mos apud Athenienses. 126.
κοινοῦσθαι. De constr. h. v. 52.
κοῖται λέκτρων, et similes pleonasmi. 104.
κορεύειν, κορεύματα. 24.
κόσμος νεκύων. 73.
κούρα. 52.
κυαναυγής. 34.
κύδιον. Usus hujus vocis. 107.
κυκλὰς ὥρα. An hæc phrasis Euripidi tribuenda sit. 55.
κυρῆσαι et κύρσαι confusa. 58.
κωμῆται. 58.
Clemens Alexandr. emend. 2.
Compellatio, ad quam in sequentibus non amplius respicitur. 1.
Copula suppressa. 4.
Crases. 13. 26. 76.
Crines secti. Eorum usus in funeribus. 14.
Cycni historia. 62.

Λ.

λ et δ confusa. 23.
λακεῖν. 43.
λέγω et θέλω confusa. 52. λέγω et ψέγω confusa. 81. λέξομαι passive significat. 41.
λείβειν et σπένδειν confusa. 112.
λείπεσθαι constr. cum genitivo. 50.
λιπαραὶ, Athenarum epitheton. 55.
λόγος et ἔργον opposita. 42.
λύει pro λυσιτελεῖ. 75.
Libycus lotus. 43.
Lycaon Martis filius. 62.
Lycophron emendatus. 78.

M.

μαῖα. De usibus h. v. 48.

μέγα adverbialiter. 86.

μεθιέναι, μεθίεσθαι. De constr. 121.

μέλαθρον. De quantitate hujus vocis in anapæsticis. 11.

μέλαινα μήτηρ appellatur *vitis*. 87.

μέλλων. Usus hujus participii, subaudito θνήσκειν. 8.

μετὰ cum accusativo. 7.

μετακύμιος. 13.

μέταυλος, μέσαυλος. 66.

μὴ post verba quædam suppressum. 3. μὴ non solet adhiberi cum aoristi imperativo. 118.

μὴ τρέσῃς absolute positum. 41.

μηχανὴ κακῶν. 29.

μονάμπυξ equus. 52.

μόνον subauditum. 30.

μονόστολος. 50.

μουσοπόλοι, *poetæ*. 54.

μυρσίνη. 23.

Metrum Antispasticum hendecasyllabum. 111. Ionicum a Majore. 103. 111. constans e Dochmio et Trochaic. penth. 72. constans e Cretico et Trochaic. hemiolio. 72. constans ex Iambic. et Dactylic. penthem. 99.

Mortuos alloquuntur amici in pompa funebri. 73.

N.

ν male geminatum. 63. ν et σ confusa. 16. 31. ν et υ confusa. 25.

ναί. Usus hujus vocis. 122.

νεολαία. 15.

νέομαι, *eo*, vel *ibo*. 85.

νεοσσοὶ de *liberis* dicere amabant Tragici. 49.

νικᾷν μάχην, ἀγῶνα, &c. 113.

νικητήρια de una muliere, ut προσφάγματα, συγκοιμήματα, νυμφευτήρια. 113.

νιν et νῦν confusa. 123.

νῦν male scriptum pro νυν encl. 20. 39. 84. 118. 120.

νυν encl. De quantitate. 118.

Nomen sequens relativum suum in eodem casu. 6.

Ξ.

ξενίζειν—ίζεσθαι. De sign. 94.

O.

ο et β confusa. 37. ο et ε confusa. 37. ο et σ confusa. 110. ο et ω permutata. 12. 13. 18. 59. 108.

ὅδε idem fere valens ac δεῦρο vel ὧδε. 19.

ὀθνεῖος. 65.

οἷ et οὗ confusa. 90.

οἰκετεύειν. De h. v. 54.

οἶμαι. Vis hujus vocis interjectæ διὰ μέσου. 44.

οἰμώζω. An usurparint Attici futurum activum hujus verbi. 75.

οιο, genitivi terminatio. 18.
ὀκνῶ. De sensu h. v. 24.
ὀλβίζειν. 104.
ὁμοίως cum dativo. 111.
ὅμως in fine versus. 105.
ὀργαίνειν. De sign. et constr. h. v. 121.
ὀρθὴν παρ' οἶμον. 95.
ὀρφανεύειν. 23.
ὀρῷτον, ἤλθετον, εἴχετον, ἐποιήσατον, &c. inventa sunt Grammaticorum. 35.
ὃς et οὗ permutata. 10.
οὐ et εἰ confusa. 62.
οὐ μὴν—γε. 63. 113.
οὐδ' εἷς divisim. 79.
οὔκουν scribendum, non οὐκοῦν. 20.
οὔ φημι, quid valet. 31.
οὗ οὐ. An hæ syllabæ per crasin coalescere possint. 26.
οὕνεκα, *quantum attinet ad*. 92.
οὐχ οὕτως. 80.
ὀφλισκάνειν μωρίαν. 120.
Optativi constructio post ἔσθ' ὅπως et similia. 16.
Orphei scripta. 108.

Π.

Παιάν, titulus Apollinis Ἰατροῦ. 13. An παιὰν de quovis hymno dictum sit. 52.
παρὰ cum accusativo, sensu rariore. 104. παρὰ et περὶ confusa. 71.
πάτριος et πατρῷος permutata. 32. Primam syllabam in πάτριος, μέτριος, et similibus, Tragici in anapæsticis libentius corripiebant. 101.
Πελία, genitivus Doricus. 53.
πένθος νεκύων, &c. 15.
περί. θνήσκειν περί τινος, pro ὑπέρ τινος vel πρό τινος. 24.
περιβάλλειν. De construct. 96.
πέσειε, vox barbara. 57.
πιεῖ. 91.
πιθοῦ, potius quam πείθου. 91.
πίτνειν, non πιτνεῖν. 15. 22. 49.
πίτυλος. 92.
πλάθειν et πελάθειν, poeticæ formæ pro πελάζειν. 17.
πλέον λαμβάνειν, et similes phrases. 10.
πλέων in neutr. Atticum. 84.
πλῆκτρον. 18.
πλυμμυρίς. 25.
πόθεν; apud Atticos vim habet negantis. 13.
ποῖ et ποῦ permutata. 98.
ποῖ καί, ποῦ καί, πῶς καί, et similes formulæ. 58. 95. 115.
ποιμνίτης. 69.
πολεῖν. 5.
πόλιν et χθόνα confusa. 59.
πολλή μ' ἀνάγκη et πολλή γ' ἀνάγκη permutata. 47.
πολύμηλος. 70.
πόρρω, πόρσω. De his formis et earum constructione. 103.

ποτήρ. 87.
πούς. Phrasis ἐν ποσί. 85.
πράσσειν κεδνὰ, pro πράσσειν κεδνῶς, et similia. 72. 92.
πρέπειν. Variæ significationes hujus verbi. 63. 114. 123.
πρεσβεύειν. 37.
πρὶν et πρὶν ἂν, quando adhibeantur cum subjunctivo. 97. πρὶν ἂν πάθοι, solœcum. 20.
προ et προσ frequentissime permutantur in verbis compositis. 67. 95. 112.
προδοῦναι. De usu h. v. 27.
προκόπτειν. 118.
προνωπής. 19.
πρὸς sign. *e re alicujus*. 9. πρὸς vel ἐκ subauditum. 123.
προσαυγὴ, vox a Cantero ficta. 27.
προσέπτατο, προσέπτετο. 51.
πῶς ἂν, *utinam*. 98.
Parcæ ab Apolline deceptæ. 3.
Participia cum verbis οἶδα, γιγνώσκω, &c. 20. 54. cum δείκνυμι. 21. 88. cum ἀρνοῦμαι. 127.
Participia futurorum subjuncta verbis motum significantibus. 62.
Participium subauditum. 54.
Pataræ oraculum Apollinis. 16.
Periphrasis. τόδε σῶμα pro ἐγώ. 75. Ὀρφεία γῆρυς pro Ὀρφεύς. 109.
Pleonasmus. 62.
Positivi pro superlativis. 56.
Præpositio semel tantum et in altero sententiæ membro expressa. 16.
Prosopopœia. 8.

P.

ῥέεθρα, ῥεῖθρα. 56.
ῥέζω. An hoc verbum in præsenti usurparint Attici. 34. τί ῥέζεις; formula. 34.
ῥίπτειν λόγους. 80. ῥίπτειν, subaud. ἐμαυτόν. 102.
ῥύσασθαι. De quantitate. 58.

Σ.

σ male repetitum. 14. 64. 65. σ et γ confusa. 30. σ et ν confusa. 16. 31. σ et ο confusa. 110. σ geminatum in melicis. 30.
σὲ inter præpositionem πρὸς et nomen in formula obtestandi. 36. 120.
σκότιος an pro feminino usurpetur. 17. σκότιος pro νόθος. 110.
σπένδειν et λείβειν confusa. 112.
στατίζειν—ίζεσθαι. 13.
συγκάμνειν. 74.
συγκασικόρα, vox in lexica nullo jure admissa. 50.
σύζυξ, σύζυγος, et sim. 40.
σύμμετρος. 5.
συνωφρυῶσθαι. 89.
σχῆμα δόμων. periphrasis. 103.
Sophoclis Ajax emend. 64.

T.

τ' ἂν pro τοι ἄν. 13. 26. τ' ἄρα pro τοι ἄρα. 76. 84.

τε et γε confusa. 21. 38. 107.

ἡ τεκοῦσα cum genitivo. 23.

τέλος ἥβης, τέλος γήρως. 50.

τέραμνα, τέρεμνα. 56.

τετραρχία. 126.

τι et τοι confusa. 33. 51. 83.

τίθης, τιθεῖς. 101.

τιμαὶ, *attributes*. 6.

τιμωρεῖσθαι. Usus h. v. 84.

τίς ἀνθρώπων; τίς θεῶν frequentius quam τίς ἄνθρωπος, τίς θεός. 17.

τί χρῆμα, sub. διά. 63.

τλῆναι. De signif. 1. 36.

τόδε et τότε confusa. 6.

τοῖσιδ'. 26.

τολμᾶν. De significationibus. 36.

τόνδ' ἄνδρα pro ἐμέ. 41.

τότε. An dicerent ἐκ τότε, εἰς τότε, in Euripidis ævo. 64.

τουπί σε. Duplex interpretatio hujus phraseos. 78.

τῷδε simpliciter pro ἐμοί. 41.

Tempora verborum diversa permixta. 24.

Tibiæ e loto Libyco. 43.

Transpositio versuum. 15.

Transpositiones vocum. 30. 40. 44. 64. 77. 92. 95. 100. 113.

Υ.

υ et ν confusa. 25.

ὑβρίζειν εἴς τινα frequentius quam ὑβρίζειν τινά. 80.

ὑπερβάλλειν, *modum excedere*. 118.

ὑπέστην. Usus h. v. 6.

ὑπὸ γαῖαν—ὑπὸ γαίας. Quid intersit. 101.

ὑπουργῆσαι χάριν. 96.

ὑφείμενος. De signif. 64.

υω vocales pronunciando coalescunt. 95.

Φ.

φθάνειν, φθίνειν. De quantitate. 74. οὐκ ἂν φθάνοις cum participio præsentis. 77.

φθόνος θεῶν. 124.

φίλη γυναικῶν pro φιλτάτη. 56.

φιλία ἄλοχος. 58.

φιτύειν et φυτεύειν confusa. 38. 124.

Futura multorum verborum formæ mediæ, non activæ, in usu apud Atticos. 21. 75.

Χ.

χάζεσθαι, quid valeat. 41.

χαῖρε. lusus in h. v. 63.

χαίρων participium habet vim valedicentis. 35. 93.

Χάλυβοι, Χάλυβες. 110.

χείρεσσι. An recte usurpetur hæc forma in dialogo. 87.

χέρνιψ. 14.

χθόνα et πόλιν confusa. 59.
χρὴ et χρῇ confusa. 8.
χρὴ et χρῆν confusa. 15. 47. 77. 85. 106.
χρήματα. Ellipsis h. v. 9.
Charontis cymba. 33.
Chorus in media fabula relinquit orchestram. 86.

Ψ.

ψέγω et λέγω confusa. 81.
ψυχοῤῥαγεῖν. 4.

Ω.

ω et η confusa. 4. 39. 65. 97.
ω et ο permutata. 12. 13. 18. 59. 108.
ῳ et ων confusa. 113.

## CORRIGENDUM IN TEXTU.

v. 543. ὁ μέλλων.

## CORRIGENDA IN NOTIS.

v. 16. Periclymenen
155. l. 2. θεὸς
l. 4. ξένῳ
179. l. 13. περί τινος
199. l. 13. quum
285. p. 36. l. 19. αὐτᾶς
316. adhibetur
356. l. 14. Libyco
721. Pro v. 962. lege v. 692.
952. hendiadis
953. sani



